**Aelfredi regis res gestae / [John Asser].**

**Contributors**

Asser, John, -909.
Parker, Matthew, 1504-1575.

**Publication/Creation**

[London] : [John Day], [1574]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/puszgtum

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

680 Walsingham (T.) Historia, viz.: Ælfredi Regis Res Gestæ, Historia Brevis and Ypodigma Neustriæ, *woodcut titles, capitals and ports.* 3 vols in 1 (title to Alfredi missing) *London, Binneman & Day* 1574

507
D 6690
6691

X

With Walsingham's History &c
3 Vols in One

SIR C. G. YOUNG,

*College of Arms*

S.T.C 863
S.T.C. 25004
S.T.C. 25005

8/2/99

P. C. 47 3 S 552

W. Herbert.

"ÆLFREDI REGIS RES GESTÆ.

Nobilitas innata tibi probitatis honorem,
Armipotens Ælfrede dedit, probitasq; laborem,
Perpetuumq; labor nomen: cui mixta dolori
Gaudia semper erant: spes semper mixta timori."

19

Mr. Strype asserts that this book was published in the year 1574. See his Life of Archb. Parker, p. 529. And though no date of the printing appears on the book, it was undoubtedly printed in the archb. life time, who died in May, 1575. And that it was not published before 1574 appears by the quotation of Caius de Antiquit. Cantebr. p. 208 in the last page of this book (F iiij b) wh book was printed by Jno Day 1574.

29

# ¶ Præfatio ad Lectorem.

Elfredi regis ampliſsimi (qui olim toti ferè Britanniæ præfuit) hiſtoriam, tibi (humaniſsime lector) exhibemus: à Iohanne Aſſero Antiſtite Shyreburnēſi (qui illi quōdam a ſacris fuit) Latinis literis luculenter expreſſam. Quæ quidem hiſtoria non mediocrem menti tuæ voluptatem infundet, neq; minorem adferet cum voluptate vtilitatem, ſi in præclariſsimarum rerum contemplatione deſixus, te ad earum imitationem, & quaſi imaginem totum effinxeris. Etenim quæ delectatio maior quàm clarorum virorum ſtudia, res geſtas, mores, vitas deniq;, ortus, obitus, (tanquam tabulas bene pictas) quotidie intueri? Quis fructus vberior quàm qui ex iſtiuſmodi rerum perenni lectione percipitur? Et quanquam non ſint hæc omnibus artium coloribus illuſtrata, atque poſita, neq; eleganti verborum concinnitate diſtincta; tamen & Latinè loquitur, & ſignificanter, & (vt priſcis illis temporibus) non omnino inculte, tantumq; ſibi fortaſsis adhibuit ornamenti, quantum in exponenda decuit. Nam elaboratam exquiſitius orationem, nimiaq; exultam induſtria, prudentium aures non modò in vulgari ſermonis conſuetudine, verùm in hiſtoria quoque reſpuere conſueuerunt. Latina autem cum ſint, Saxonicis literis excudi curauimus, maximè ob venerandam ipſius archetypi antiquitatem, ipſo adhuc (vt opinio fert mea) Ælfredo ſuperſtite, iiſdem literarum formulis deſcriptam.

Aſſer, Abbot or Bishop of Sherburn

tam. Augent coniecturam Pastoralia quæ ab ipso prudentissimo rege ex sermone Romano in Saxonicum conuersa fuerunt, atq; illius imperio per quasdam Britanniæ Ecclesias sparsa. Quorum vetusta quædam exemplaria, eodem etiam tempore descripta, hodie extant similibus depicta characteribus. Atque hæc omnia (lector erudite) tuam ob causam diuulgamus, nimirum vt tibi iucunditati sint & emolumento. Etenim cum videas regem summo splendore, & tanta (quantam illa perraro vidit ætas) dignitate regem, qui non pacis solùm laudibus floruerit, sed belli quoque gloria circumfluxerit, omnem curam, industriam, cogitationes deniq; omnes, in disciplinarum studium consumpsisse: adeo vt horam fere nullam effluere sibi passus sit, quam non in literis, et cum virtute traduxerit, quo te lector animo esse oportebit? quàm in bonarum artium studia flagranti semper, & incenso? Neque solùm doctrinæ & cognitionis desyderio ipse mirificè afficiebatur, adeo vt omnes conatus ad eam illustrandam conuerterit, sed exemplo suo alios item ad excellentem omnium artium honestarum cupiditatem incitauit & illexit, doctosq; ex omnibus locis viros asciuit, quorum præceptis institutisq; nobilium liberi, in Aula sua, vnà cum regijs filijs, ad humanitatem, & præclarissimarum artium scientiam quotidie informarentur. Quod eò mirabilius videri debet, quandoquidem maximis in rebus longeq; diuersis, sese per omnem pene ætatem laborioſissimè exercuerit, duasq; res specie dispares, admirabili prudentia coniunxerit. Quid enim tam distans quàm pax a bello? Quis tamen vnquam illo aut pacis amantior est habitus, aut belli laude illustrior? Quid tam difficile quàm & regni fines contra barbararum gentium immanita-

tem

tem assiduè tueri: & doctrinæ ac literarum terminos quotidie proferre? Utrumq; sanè rex nobilissimus consecutus est, vt & Danorum copias perpetuò in Britanniam influentes virtute bellica represserit, & in maximis semper occupationum fluctibus, liberalium disciplinarum studia nunquam intermiserit. Cuius industriæ testimonia extant sanè permulta, apud viros & iudicij & antiquitatis autoritate insignes. Etenim in historia Elienſi lib. 2. sic scribitur: Aluredus acerrimi ingenij princeps, per Grimbaldũ & Iohannẽ doctiſs. Monachos tantũ instructus est, vt in breui librorũ omnium notitiã habuerit, totũque nouũ & vetus Testamentũ in eulogiã Anglicæ gentis transmutauerit. Accedit huc quod a viceſimo ætatis anno, ad quadrageſimum quintum, diuturno morbo afflictus, importunoq; elanguerit: qui quidem non tam corporis vires plerumque debilitat, quàm mentis vim infringit & imminuit. Adde insuper, quod ea tempestate rex optimus vixerit, cum priorum annorum miseranda peruersitas, toti pene terrarum orbi inscitiæ, superstitionis, & perfidiæ tenebras offudisset: vndę euenit vt pietati, temporis improbitas, doctrinæ verò communis illa bonarũ artiũ lues nõnihil obstiterit. Quo magis lætari nos conuenit, et immortales Deo optimo maximo gratias habere, qui hoc tanto cognitionis et scientiæ lumine (quibus superioris æui infœlicitas obstruxit) diuina nũc benignitate circumfundimur. Iã verò quanta ignorationis nox, & tempestas ætatem illam obscurauerit: quo animo, quãq; ad virtutem ardenti & incenso pius rex flagrauerit, quemadmodum se eruditorum hominum quotidiana consuetudine deuinxerit, quos deniq; illis honores, quantaq; virtutum præmia contribuerit: harum rerum omni-

um exempla, tum liber iste, tum Pastorali (cũ explicatione eiusdem) præfixa præfatio copiosissimè suppeditabit. Sin autem quis requirit, quamobrem cum isthæc Latinis literis memoriæ mandentur, eadem tamen nos Saxonicis typis peruulgari fecerimus, nihil est quod expedire tam facilè possimus. Etenim cum ipsa nos primi exemplaris (vt antea dixi) antiquitas, debita quadam veneratione perfudit: tum magni ad fidem & authoritatem interesse putabamus, si quæ priscis notis verbisq; conscripta, exsignataq; ad manus nostras peruenissent, eadem nos iisdem literarum formulis imprimeremus. Eoq; me minus instituti mei pœnitet, quod facile sentio, hanc meam cogitationem, tibi (amice lector) nec inutilem, neque iniucundam futuram. Primùm enim vbi huius te libelli lectioni paululum assuefeceris, literarumq; priscarum gnarus iam extiteris, licebit a Latinis ad Saxonica studium conuertere, quorum ex scriptis (mihi crede) non mediocrem voluptatem adipiscêre: & in veteribus monumentis perscrutandis incredibilem cum voluptate vtilitatem coniunges. Præterea operæpretium erit patrium hunc nostrum (quo hodie vtimur) sermonem, cum illo obsoleto iam pene & extincto conferre, & conferendo quàm sint inter se similes, & pene eædem, animaduertere. Quam potissimùm ob causam, quatuor Euangelia eadem lingua, atque iisdem literarum formulis excudi curauimus, & quò facilius eius cognitionem intelligentiamq; comprehenderes, Anglica cum Saxonicis in margine coniunximus, talibusq; notis atque figurarum signis distinximus, vt perfacilè inter se diuersarum linguarum sententiæ cõparari queant. Accedit huc etiam, quod cum Hybernici, libros aliquot antiquissimos, sermone vernaculo conscriptos

tos reliquerint, eosq; Saxonicis characteribus exsignauerint (quanquam verborum sensum, atque pronuntiandi morem natiuum obtinent, atque domesticum, tamen quãdoquidem in vocibus describendis etiam hisce diebus Saxonicis vtuntur typis ac formulis) ex horum characterum notitia & intellectu, aditus certè patebit aliquis ad eius quoque linguæ scientiam ijs, qui in regionibus illis legationis aliquod munus obierint, aut alio quouis modo eius Insulæ negotijs implicabuntur. Iam verò cum Dayus Typographus primus (& omnium certè quod sciam solus) has formas æri inciderit: facilè quæ Saxonicis literis perscripta sunt, ijsdem typis diuulgabuntur. Quorum sanè lectio & veteris tibi linguæ, ac quondam domesticæ memoriam renouabit, & haud paruam suppeditabit abstrusæ cognitionis suppellectilem. Facile autem erit vocum vim, & verborum varietatem percipere, præsertim cum tanta sit huius nostræ (qua nunc vtimur) linguæ & illius veteris similitudo. Pronunciatio obscurior fortassis & impeditior aliquantulum videbitur, quàm vt absolutè percipi queat. Neq; mirum: quandoquidem quotidianus eius sermonis vsus iam penitus euanuerit, & Saxones qui hodie in Germania sunt, illum pristinum pronuntiandi morem longo interuallo temporis amiserint. Veruntamen non exactam nos eius sermonis (qui iam fere totus obsoleuit) notitiam, nec sollicitam nimis in verbis excutiendis industriam, requirimus: tantum operæ in eius studio ponatur, quantum erit ad intelligendũ satis. Quod qui fecerit, vtilitatẽ exinde duplicem consequetur. Nam cum & veteres Britanni, & post hos Saxones (qui Britannorum vocabulis aut funditus deletis, aut ad arbitrium suum immutatis, noua cunctis pene locis nomina in-

diderunt) ſemper aut alicuius celebris facti memoriam, aut rei naturam locorum appellationibus exprimere conſueuerint (vt omittam vtilitatem) quanta huius linguæ ſtudioſo voluptas erit (& vt periucunda, ita nõ multi ſanè laboris) ſcire, omnium ciuitatum, vrbium, montium, ſyluarum, fluminum, & viarum nomina, & hæc vniuerſa vnde deriuentur, & quo quidq; quaſi e fonte profluxerit intelligere. Quibus de rebus ſi qua fortè quis degustare concupiuerit, Gulielmi Lamberdi (viri ſanè eruditi, & in hoſpitio Lincolnienſi, inter legum conſultos, domeſtici iuris peritiſſimi) præfationem perlegat & expendat, quam libro de veteribus Saxonum legibus præfixit, quas nuper latinis literis eleganter expreſſit. Fbi etenim nonnulla de inſtituti ſui ratione atque conſilio prudẽter præfatus, demum (vt eſt in iſtiuſmodi rebus perſcrutandis ſagaci certè ingenio & peracri) quorundam verborum vim ac naturas ſubtiliter perſecutus eſt. Quo in libro ſi ſe ſtudioſius exercuerint ij, qui aut huius linguæ notitiam, aut vetuſtarum legum (quas reges antiqui ſanxerunt) ſcientiam habere deſyderant, ſapienter meo iudicio facient, & inde non mediocre ſibi ad eas quoq; res percipiendas inſtrumentum, facultatemq; comparabunt. Quinetiam quoniam diplomata multa, & vetuſtioris ætatis monumenta, tum regiæ quæ in archiuis cuſtodiuntur chartæ, tam ante, quàm poſt Normannorum in Angliam aduẽtum, adhuc extant, quæ Saxonicis & verbis, & literis comprehenduntur, omnes qui in regni inſtitutis addiſcẽdis elaborauerint cohortabor, vt exiguo labore, ſeu pene nullo huius ſibi linguæ cognitionem acquirant. Quod ſi facere voluerint, multa procul dubiò quotidie eruent, & elicient, quæ abdita iam iacent, et abſtruſa, et plurima-

rum

rum rerum inuolutas penitus naturas, & implicitas, nullo negotio expedient. Quem in finem superioribus sæculis a maioribus nostris monialium quædam Collegia instituta sunt, in quibus essent quæ & huius linguæ scientia imbuerentur, & eandem (cum alijs communicando) ad posteros transmitterent. Quod quidem in Cœnobio monialium Taueſtokenſi in comitatu Deuoniæ, & multis alijs conuenticulis (nostra memoria) receptum fuit, credo, ne eius sermonis peritia, ob linguæ insolentiam penitus obsoleſceret. Quod autem ad historiæ fidem attinet (lector humaniſſime) hoc te scire volo, eam me semper rationẽ secutũ, in omnibus ijs libris quos diuulgaui, nihil vt de meo adiecerim, aut diminuerim, sed cuncta prout in primis exemplaribus reperiuntur ad verbum expreſserim. Alioquin si quid forsan de meo attuliſſem, aut vetustatis veluti rugas ac næuos delere omnes voluiſſem, metuendũ mihi sanè foret (ne quod Saluſtio suo scribit Cornelius nepos) nõ tam illorum qui illas conscripserunt historiæ, quàm meæ videri poſsent. Indicio erunt ipsa prima exemplaria, quæ idcirco Cantebrigiæ, in bibliotheca collegij Corporis Christi, ad sempiternum huius rei testimoniũ extare voluimus. Vbi si quis cum codicibus manuscriptis, impreſſos comparare voluerit, enimuero nihil nos aut detraxiſse, aut addiſse inueniet, sed summam vbiq; fidem & religionẽ præstitiſse. Quapropter si quid emolumenti ex huius historiæ lectione sine alicuius alterius iam per me euulgatæ ad te (humaniſſime lector) redundauerit lætabimur: et nos instituti ac voluntatis nostræ (quandoquidem id solum concupiuimus) fructus ampliſſimos conſecutos existimabimus.

Cor. nepos ad Sal. in Bello Tro.

Vale.

Alphabetum Saxonicum ita descriptum, vt facillima citissimaq; inde ad eam perfectè legendam ratio cuiuis eius linguę cupido patefiat.

| *Saxonica* | | *Latina* | *Saxonica* | | *Latina* | *Diphthõgi & abbreuiationes* | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | a | a | ᚹ | m | m | Æ | Æ |
| B | b | b | N | n | n | Æ | |
| C | c | c | O | o | o | | |
| D | ꝺ | d | P | p | p | Đ | th |
| Є | e | e | Q | q | q | ð | |
| F | ƒ | f | R | ꞃ | r | þ | |
| G | ȝ | g | S | ſ | ſ | | |
| H | h | h | T | ꞇ | t | ⁊ | et *and* |
| I | i | i | V | u | u | | |
| K | k | k | X | x | x | ꝑ | w |
| L | l | l | Y | ẏ | y | | |
| | | | Z | ȝ | z | | |

Præpositiua particula ȝe sæpissimè apud Saxones est superflua, & vbi communiter vtuntur duobus aut tribus negationibus, vt vehementiùs negent (sicut & Græci faciunt) tamen secundùm phrasim Anglici sermonis, vnica tantùm sufficit.

# DOMINO MEO VENERABILI PIISSIMOQVE OMNIVM BRITANNIÆ INSVLÆ CHRISTIANORVM RECTORI ÆLFRED ANGLORVM SAXONVM REGI: ASSER OMNIVM SERVORVM DEI VLTIMVS MILLEMODAM AD VOTA DESIDERIORVM VTRIVSQVE VITÆ PROSPERITATEM.

ANno Dom. incarnationis 849. natus est Ælfred anglsaxonũ rex in villa regia quæ dicitur Vuanating in illa paga, quæ nominatur Berrocscire, quæ paga taliter vocatur a Berroc silua vbi buxus habundantissime nascitur, cuius genealogia talis tali serie cõtexitur. Ælfred rex filius Æthelwlfi regis qui fuit Ecgberhti, qui fuit Ealhmũdi, qui fuit Eafa, qui fuit Eoppa, qui fuit Ingild. Ingild & Ine ille famosus occidentalium rex Saxonũ Germani duo fuerũt, qui Ine Romam perrexit, & ibi vitam præsentem finiens honorifice cœlestem patriam cum Christo regnaturus adiit, qui fuerunt filii Coenred, qui fuit Ceolwualde, qui fuit Cudam, qui fuit Cuðwine, qui fuit Ceaulin, qui fuit Cynric, qui fuit Cneoba, qui fuit Cerdic, qui fuit Elesa, qui fuit Geuuis, a quo Britones totã illam gentem Geguuis nominãt, qui fuit Brond, qui fuit Belde, qui fuit Vuoden, qui fuit Frithopalde, qui fuit Frealaf, qui fuit Friðuulf, qui fuit Finnodulf, qui fuit Geata, quem Getam iamdudum pagani pro Deo venerabantur, Cuius Sedulius poeta mentionem facit in paschali metrico carmine ita dicens,

Ælfred genealogia

Sedulius.

Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ,
Grandisoni pompasne modis tragicoque boatu,
Ridiculoue Getæ seu qualibet ante canendi,
Sæua nefandarum renouant contagia rerum,
Et scelerum monimenta canunt uirtuque magistro,
Plurima Niliacis tradunt mendacia libris,
Cum ego diuinis assuetus cantibus odis,
Choraularum nemorumque decem sanctoque sereno
Strage chori & placidis cœlestia prælia uerbis,
Clara salutiferi taceam miracula Christi,

Qui Geata fuit Caetuua, qui fuit Beauu, qui fuit Sceldwea, qui fuit Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Hathra, qui fuit Huala, qui fuit Beduuig, qui fuit Seth, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalem, qui fuit Enoch, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam.

De

## De Genealogia Matris eius.

MAter quoque eiusdem Orburgh nominabatur, religiosa nimium fœmina, nobilis ingenio, nobilis & genere, quæ erat filia Orlac famosi principis Æthelfulfi regis, qui Orlac Gobur erat natione. Ortus enim erat de Godis & Iutis, de femine scilicet Stuf & Wihtgar, duorum fratrum & etiã comitũ, qui accepta potestate Wectæ insulæ ab auũculo suo Cenric rege, & Cynric filio suo cõprobrino eorũ, paucos Britones eiusdem insulæ accolas, quos in ea inuenire potuerũt, in loco qui dicitur Gwihtgarabyrig occiderunt. Cæteri enim accolæ eiusdẽ insulæ ante aut occisi erant, aut exules aufugerũt.

Britones in Wecta cæsi.

ANno dominicæ incarnationis 851. natiuitatis autem Æthelredi regis 3. Ceorl Domnaniæ comes, cũ domnanus contra paganos Nortmannos siue Danos pugnauit in loco qui dicitur Wieganbeorg, & christiani victoriam habuerunt, & ipso eodem anno primũ hyemauerunt pagani in insula quæ vocatur Sceapig, quod interpretatur insula ouilla, quæ sita est in tamesi flumine inter Eastreaxum & Cantuariorum, sed ad Cantium propior est, quam ad Eastreaxum in qua monasterium optimum constructũ est.

Scheapieg situs.

Eodem quoque anno magnus paganorũ exercitus cũm 350. nauibus in hostium tamesis fluminis venit, & Londoniam ciuitatem, quæ sita in aquilonari ripa tamesis fluminis, in cõfinio Eastreaxum & Middlereaxum, sed tamen ad Eastreaxum illa ciuitas cum ueritate pertinet, depopulati sunt, & Beorhtulfũ Merciorum regem cum omni exercitũ suo qui ad præliandum contra illos venerat in fugam uertерunt. Nec ibi ita cito pertigit prædictus Paganorum exercitus perrexit in Sudrig, quæ pars sita est in meridiana tamesis fluminis ripa ab occidentali parte Cantii, & Æthelulfus occidentalium Saxonum rex & filius suus Æthelbaldus cum omni exercitu in loco qui dicitur Aclea, id est, in campulo quem cum diutissime pugnauerunt, ibique cum diu acerrime & animose ex vtraque parte pugnatum esset, maxima pars paganæ multitudinis fũditus deleta & occisa est, ita, qualiter nunquam in aliqua regione in una die ante, nec post ex eis occisam esse audiumus, & christiani victoriã honorifice tenuerũt, & loco suneris dominati sunt. Eodẽ quoque anno Æthelstan rex filius Athelulfi regis, & Ealhere comes magnum paganorum exercitũ in Cantio in loco qui dicitur Sandpic occiderunt, & ex nauibus eorum 9. naues ceperunt, cæteri per fugam elapsi sunt.

Londonia a Paganis vastata.

Paganorũ strages.

ANno dom. incarnat. 853. natiuit. autẽ Æthelredi regis 11. Burgred Merciorũ rex per nuncios deprecatus est Æthelulfũ occidentalium Saxonũ regem, ut ei auxilium conferret, quo mediterraneos Britones qui inter Merciam & mare occidentale habitant, dominio suo

sub-

subdere potuisset. Qui contra eum immodice reluctabantur; nec segnius Æbelsulfus rex legatione eius accepta exercitum mouēs Britanniam cum Burghredo rege adiit; statimque vt ingreditur gentem illam deuastans dominio Burgredi subdit; quo facto domum reuertitur. Eodem anno Æbelsulfus rex præfatum filium suum Ælfredum magno nobilium ⁊ etiam ignobilium numero constipatum; honorifice Romam transmisit; quo tempore dominus Leo Papa 4. Apostolicæ sedi præerat; qui præfatum infantem Ælfredum oppido ordinans vnxit in regem; ⁊ in filium adoptionis sibimet accipiens confirmauit. Eodem quoque anno Ealhere comes cum Cantuariis ⁊ Huda cum Sudriis contra paganorum exercitum in insula quæ dicitur in Saxonica lingua tenet; Britannico autem sermone Ruim; animo se ⁊ acriter belligerauerunt; ⁊ primitus Christiani victoriam habuerunt; prolongatoque diu proelio ibidem ex vtraque parte plurimi ceciderunt; ⁊ in aqua mersi suffocati sunt. Et comites illi ambo ibidem occubuerunt; necnon ⁊ eodem anno Æbelsulfus post pascha occidentalium Saxonum rex filiam suam Burgredo Merciorum regi in villa regia; quæ dicitur Cippanhamme; nuptiis regaliter factis ad reginam dedit.

Æbelsulfi ad Romam iter.

Paganorū strages.

ANno dominicæ incarnationis 855. natiuitatis autem præfati regis septimo; Eadmundus orientalium Anglorum gloriosissimus cæpit regnare 8. Kal. Ianuarii; id est die natalis domini; an. ætatis suæ 14. Hoc etiam anno Lodarius Imp. Rom. obiit filius Ludouici Augusti piissimi. Anno eodem sub initio Karoli 3. Imp. filii Ludouici 2. magnus paganorum exercitus tota hÿeme in præfata scepige insula hÿemauerūt. Eodem anno Æbelsulfus præfatus venerabilis rex decimam totius regni sui partem ab omni regali seruitio ⁊ tributo liberauit; in sempiternoque grafio in cruce Christi pro redemptione animæ suæ ⁊ antecessorum suorum; vni ⁊ trino deo immolauit. Eodemque anno cum magno honore Romā perrexit præfatumque filiū suum Ælfredū iterum in eandē viam secum ducens; eo quod illū plus cæteris filiis suis diligebat; ibique anno integro demoratus est. Quo peracto ad patriā suā remeauit; adferēs secū Iudittam Karoli Francorū regis filiā. Interea tamē Æbelsulfo rege vltra mare tantillo tempore immorāte; quædā infamia contra morem omniū christianorū in occidētali parte Selsuda orta est. Nam Æbelbald rex Abelsulfi regis filius; ⁊ Ealhstan Scireburnēsis ecclesię episcopus; Eanfulf quoque sūmurtunēsis pagæ comes coniurasse referuntur; ne vnquā Æbelsulf rex a Roma reuertens iterū in regno recipereturr. Quod inauditū omnibus sęculis ante infortuniū episcopo ⁊ comiti solūmodo perplurimi reputāt; ex quorū consilio hoc factū esse perhibetur. Multi quoque regali solūmodo

Æbelsulfi donū pro anima.

Coniuratio in Æbelsulfum.

 inso-

Æþelbaldi pertinacia.

insolentiæ deputant; quia ⁊ ille rex in hac re ⁊ in multis aliis peruersitatibus pertinax fuit, sicut quorundam hominum relatu audiuimus, quod ⁊ rei sequentis approbauit effectus. Nam redeũte eo a Roma prædictus filius regis Æþelpulfi cum omnibus suis consiliariis; immo insidiariis tantum facinus perpetrare temptati sunt; vt regem a regno proprio repellerent; quod nec deus ita fieri permisit; nec nobiles totius Saxoniæ consenserunt. Nam ne irremedicabile Saxoniæ periculum belligerante patre ⁊ filio; quinimmo tota cum gente ambobus rebellante atrocius ⁊ crudelius per dies singulos quasi clades intestina augeretur; ineffabili patris clementia ⁊ omniũ asstipulatione nobilium; adunatum antea regnum inter patrem ⁊ filium diuiditur; ⁊ orientales plagæ patri; occidentales filio e contrario deputantur: vbi enim pater iusto iudicio regnare debuerat; illic iniquus ⁊ pertinax filius regnabat. Nam occidentalis pars Saxoniæ semper orientali principalior est. Aduenientе igitur Æþelpulfo rege a Roma; tota illa gens vt dignum erat in aduentu senioris ita gauisa est; vt si ille permitteret; pertinacem filium suũ Æþelbaldũ cum omnibus suis consiliariis a totius regni sorte expellere vellẽt; Sed ille vt diximus nimia clementia ⁊ prudenti consilio vsus; ne ad regni periculum perueniret, ita fieri noluit, ⁊ Iuðittam * Faroli regis filiã quam a patre suo acceperat; iuxta se in regali solio suo sine aliqua suorũ nobilium controuersia ⁊ odio; vsque ad obitum vitæ suæ contra peruersam illius gentis consuetudinem sedere imperauit. Gens namque occidentalium Saxonum reginam iuxta regem sedere non patitur; nec etiam reginam appellare; sed regis coniugem permittit; quam controuersiam immo infamiam; de quadam pertinaci ⁊ maleuola eiusdem gentis regina ortam fuisse maiores illius terræ perhibent. Quæ omnia contraria seniori suo ⁊ omni populo ita peregit; vt non solum suum proprium odium mereretur; vt a reginali solio proiiceretur: sed etiam omnibus suis subsequatricibus eandem pestiferam tabem post se submitteret; pro nimia namque illius reginæ malitia omnes accolæ illius terræ coniurauerunt; vt nullum vnquam regem super se in vita sua regnare permitterent; qui reginã in reginali solio iuxta se sedere imperare vellet. Et quia vt opinor multis habetur incognitum; vnde hæc peruersa ⁊ detestabilis consuetudo in Saxonia; vltra morẽ omnium + þeoðisciriũ primitus orta sit; paulo latius mihi videtur intimandum; quod a domino meo Ælfredo angulsaxonum rege veridico; etiam sæpe mihi referente audiui; quod ⁊ ille etiam a veridicis multis referentibus; immo ex parte non modica illud factũ commemorantibus audierat. Fuit in Mercia moderno tempore quidam strenuus atque vniuersis circa se regibus ⁊ regionibus finitimis

* Fa ꝑ Ka.

Saxones reginam non admittunt.

+ i. gentiũ.

timis formidolosus rex; nomine Offa; qui vallum magnum inter Britanniam atque Merciam de mari vsque ad mare facere imperauit. Cuius filiam nomine Eadburgh Beorhtric occidentalium Saxonum rex sibi in coniugium accepit; quæ confestim accepta regis amicitia; ⁊ totius pene regni potestate more paterno tirannice viuere incœpit; ⁊ omnem hominem execrare quem Beorhtric diligeret; ⁊ omnia odibilia deo ⁊ hominibus facere; ⁊ omnes quos posset ad regem accusare; ⁊ ita aut vita; aut potestate per insidias priuare: ⁊ si a rege illud impetrare non posset veneno eos necabat; sicut de adolescente quodam regi dilectissimo hoc factum compertum habetur; quem cum ad regem accusare non posset veneno eum necauit. De quo veneno etiam prefatus ille Beorhtric rex insciẽter gustasse aliquid refertur. Neque enim illa venenum dare regi proposuerat sed puero, sed rex præoccupauit; inde ambo periere. Defuncto igitur Beorhtrico rege cum illa inter occidentales Saxones diutius fieri non posset; vltra mare nauigans cum innumerabilibus thesauris Karolum illum magnum ⁊ famosissimum Francorum regem adiit. Ad quem cum ante solarium multa regi afferens dona staret; Karolus ait? Elige Eadburgh quem velis inter me ⁊ filiũ meum; qui mecum in solario isto stat. At illa sine deliberatione stulte respondens dicens ait. Si mihi electio conceditur; filium tuum inquantum te iunior est eligo. Cui Karolus respondens ⁊ arridens ait: si me eligeres haberes filium meum; sed quia filium meum elegisti; nec me nec illum habebis. Dedit tamen illi vnum magnum sanctimonialium monasteriũ; in quo deposito seculari habitu; ⁊ sanctimonialium indumento assumpto perpaucis annis Abbatissæ fungebatur officio. Sicut enim irrationabiliter in propria vixisse refertur; ita multo irrationabilius in aliena gente viuere deprehenditur. Nam a quodam suę proprię gentis homine constuprata demum palam deprehensa de monasterio imperio Karoli regis deiecta; in paupertate ⁊ miseria læđo tenus vituperabiliter vitam duxit; ita vt ad vltimum vno seruulo comitata; sicut a multis videntibus eam audiuimus; quotidie mẽdicans in pauia miserabiliter moriretur. Vixit ergo Æthelpulfus rex duobus annis; postquam a Roma peruenit; in quibus inter alia multa præsentis vitæ bona studia cogitans de suo ad vniuersitatis viam transitu; ne sui filii post patris obitum indebite inter se disceptarent; hereditariam; immo commendatoriam scribere imperauit epistolam; in qua ⁊ regni inter filios suos duos scilicet seniores; ⁊ propriæ hæreditatis inter filios ⁊ filiam; ⁊ etiam propinquos pecuniarum quæ post se superessent inter animam; ⁊ filios ⁊ etiam nobiles suos diuisionem ordinabiliter litteris mandare procurauit. De qua prudenti consideratione

Offa.

Tyrannis Eadburgh.

Beorhtric veneno sublatus.

Eadburgh Abbatissa.

Regina mendicans.

tione pauca de plurimis posteris imitanda scribere decreuimus; scilicet quæ ad necessitatem animæ maxime pertinere intelligūtur. Nam cætera quæ ad humanam dispensationem pertinent in hoc opusculo inserere necesse non est; ne fastidium pro prolixitate legentibus vel etiam audire desiderantibus procreauerit. Pro vtilitate namque animæ suæ quam a primæuo iuuentutis suæ plene in omnibus procurare studuit pro omnem hæreditatem terrenam suam tempore in x. manentibus vnum pauperem aut indigenam aut peregrinum cibo; potu ⁊ vestimento; successoribus suis vsque ad vltimum diem iudicii post se parcere præcepit; ita tamen si illa terrena hominibus ⁊ pecoribus habitaretur; ⁊ deserta non esset. Romæ quoque omni anno magnam pro anima sua pecuniam; id est; CCC. mancusas portare præcepit; quæ taliter ibi diuidere tur: scilicet C. mancusas in honore Sancti Petri specialiter ad emendum oleum quo impleantur omnia luminaria illius Apostolicæ ecclesiæ in vespera paschæ; ⁊ æqualiter in gallicantu; ⁊ C. mancusas in honorem S. Pauli eadem conditione ad comparandum oleum in ecclesia Sancti Pauli Apostoli; ad implenda luminaria in vespera paschæ ⁊ in gallicantu; C. quoque mancusas vniuersali Papæ Apostolico. Defuncto autem Æthelwulfo rege; sepulto que apud Steamburgam; Æthelbald filius eius contra dei interdictum; ⁊ Christianorum dignitatem; nec non ⁊ contra omnium paganorum consuetudinem; horum patris sui ascendens; Iudith am Karoli Francorū regis filiam cum magna ab omnibus audientibus infamia in matrimonium duxit; effectumque duobus ⁊ dimidio annis occidentalium Saxonum post patrem regni gubernacula rexit.

Æthelwulfi testamentum.

Dona eius ecclesiæ Romanæ.

Æthelwulfi mors.

Æthelbald patris uxorē ducit.

ANno domini. 856. ⁊ natiuitatis Alfredi 10. hoc est anno secundo Karoli Imperatoris 3. anno vero regni Athelwulfi occidentalium Saxonum regis 18. Nunberchus orientalium Anglorum antistes vnxit oleo; consecrauitque in regem Eadmundum gloriosissimum cum gaudio magno ⁊ honore maximo in villa regia quæ dicitur Burua; in qua tunc temporis regalis sedes erat; anno ætatis suæ 15. sexta feria; luna 24. die natalis domini.

Eadmundus in regē unctus.

ANno Dominicæ incarnationis 860. natiuitatis autem Alfredi regis 12. Æthelbald occidentalium Saxonum rex defunctus est; ⁊ in Scireburnan sepultus; ⁊ Æthelberht frater suus Cantium; ⁊ Sudsexam quoque suo dominio vt iustum erat subiunxit; In cuius diebus magnus paganorum exercitus de mari aduenientes pirotoniam ciuitatem hostiliter inuadens depopulatus est. Cui cum ad naues cum ingenti præda reuertentem; Osric Hamtunensium comes cum suis; ⁊ Æthelwulf comes cum Beaurocensibus viriliter obuiauerunt; conflictoque prælio oppido pagani passim trucidantur. Et cum diu-

piratonia a Paganis vastata.

Pagani occisi.

tius

tius resistere non possent; muliebriter fugam arripiunt; ⁊ christiani loco funeris dominati sunt. Æbelberht itaque 5. annis regno pacifice ⁊ amabiliter; atque honorabiliter gubernato; cum magno suorũ dolore vniuersitatis viam adiit; ⁊ in Scireburnan iuxta fratrem suum honorabiliter sepultus requiescit. Æbelbert mors.

ANno dominicæ incarnat. 864. pagani hÿemauerunt in insula Tanet; ⁊ firmũ fœdus cum Cantuariis pepigerunt; quibus Cantuarii pecuniã pro fœdere seruato reddere promiserunt. Interea tamẽ vulpino more pagani noctu clam castris erumpẽtes; fœdere disrupto; ⁊ promissionem pecuniæ spernentes (sciebant enim maiorem pecuniam se furtiua præda quam pace adepturos) totam orientalem Cantii plagam depopulati sunt. Pagani fœdifragi in Cantuarios.

ANno dominicæ incarnationis 866. natiuitatis autem Ælfredi regis 18. Æbelred Æbelberhti regis frater occidentalium Saxonũ; quinque annis regni gubernacula suscepit; ⁊ eodem anno magna paganorum classis de Danubia Britanniam aduenit; ⁊ in regno orientalium Saxonum quod Saxonice Eastengle dicitur hÿemauit; ibique ille exercitus maxima ex parte equester factus est. Sed vt more nauigantium loquar; ne diutius nauim vndis ⁊ velamentis concedentes; ⁊ a terra longius enauigantes longum circumferamur inter tantas bellorum clades ⁊ annorum enumerationes; ad id quod nos maxime ad hoc opus incitauit nobis redeũdum esse censeo: scilicet aliquantulum quantum meæ cognitioni innotuit; de infantilibus ⁊ puerilibus domini mei venerabilis Ælfredi angulsaxonum regis moribus hoc in loco breuiter inserendum esse existimo. Nam cum communi ⁊ ingenti patris sui ⁊ matris amore supra omnes fratres suos; immo ab omnibus nimiũ diligeretur; ⁊ in regio semper curto inseperabiliter nutriretur; accrescente infantili ⁊ puerili ætate forma cæteris suis fratribus decentior videbatur; vultuque ⁊ verbis atque moribus gratiosior. Cui ab incunabulis ante omnia ⁊ cum omnibus præsentis vitæ studiis sapientiæ desiderium cum nobilitate generis; nobilis mentis ingenium suppleuit. Sed proh dolor indigna suorum parentum ⁊ nutritorum in curia vsque ad 12. ætatis annum; aut eo amplius illiteratus permansit. Sed Saxonica poemata; die noctuque solers auditor relatu aliorum sæpissime audiens; docibilis memoriter retinebat; in omni venatoria arte industrius venator; incessabiliter laborat non in vanum. Nam incomparabilis omnibus peritia ⁊ fœlicitate in illa arte; sicut ⁊ in cæteris omnibus dei donis fuit; sicut ⁊ nos sæpissime vidimus. Cum ergo quodam die mater sua sibi ⁊ fratribus suis quendam Saxonicum poematicæ artis librum; quem in manu habebat ostenderet ait. Quisquis vestrum discere citius istum codicem possit; dabo Ælfredi infantia.

illi illum. Qua voce immo diuina inspiratione instinctus; ⁊ pulchritudine principalis litteræ illius libri illectus; ita matri respondens; ⁊ fratres suos ętate; quamuis non gratia seniores anticipans; inquit; verene dabis istum librũ vni ex nobis; scilicet illi qui citissime intelligere ⁊ recitare eum ante te possit? Ad hæc illa arridens ⁊ gaudens; atque affirmans dabo infit illi. Tunc ille statim tollens librum de manu sua; magistrum adiit; ⁊ legit. Quo lecto matri retulit ⁊ recitauit. Post hæc cursum diurnum; id est celebrationes horarum; ac deinde psalmos quosdam ⁊ orationes multas; quos in vno libro congregatos in sinu suo; die noctuque sicut ipsi vidimus; secum inseparabiliter orationis gratia inter omnia præsentis vitæ curricula vbique circumducebat. Sed proh dolor; quod maxime desiderabat; liberalem scilicet artem desiderio suo non suppetebat; eo quod vt loquebatur illo tempore lectores boni in toto regno occidentalium Saxonũ non erant; quod maximum inter omnia præsentis vitæ suæ impedimenta ⁊ dispendia crebris quærelis ⁊ intimis cordis sui suspiriis fieri affirmabat; id est; eo quod illo tempore quando ætatem ⁊ licentiam; atque suppetentiam discendi habebat; magistros non habuerat. Quando vero ⁊ ætate erat prouectior; ⁊ incessabilibus die noctuque immo omnibus istius insulæ medicis; incognitis; infirmantibus; internisque atque externis regiæ potestatis sollicitudinibus; necnon ⁊ paganorum; terra marique; infestationibus occupatus; immo etiam perturbatos magistros ⁊ scriptores aliquantula ex parte habebat legere vt nõ poterat. Sed tamen inter præsentis vitæ impedimenta ab infantia vsque ad præsentem diem; ⁊ vt credo vsque ad obitum vitæ suæ in eodem insaturabili desyderio; sicut nec ante destituit; ita nec etiam adhuc inhiare desinit.

Ælfræd pueri memoria.

Inscitia temporis Ælfrædi.

ANno dominicæ incarnationis 867. natiuitatis Ælfredi præfati regis 19. prædictus paganorum exercitus de orientalibus Anglis ad Eboracum ciuitatem migrauit; quæ in aquilonari ripa Humbrensis fluminis sita est. Eo tempore maxima inter Norþanhymbros discordia diabolico instinctu orta fuerat; sicut semper populo; qui odium incurrerit dei euenire solet. Nam Norþanhymbri tempore (vt diximus) legitimum regem suum Osbyrht nomine regno expulerãt; ⁊ tyrannum quendam Ælla nomine non de regali prosapia progenitũ super regni apicem constituerant; sed aduenientibus paganis consilio diuino ⁊ optimatum adminiculo pro communi vtilitate; discordia illa aliquantulum sedata Osbyrht ⁊ Ælla adunatis viribus congregatoque exercitu Eboracum oppidum adeunt; quibus aduenientibus pagani confestim fugam arripiunt; ⁊ intra vrbis mœnia se defendere procurant. Quorum fugam ⁊ pauorem Christiani cernentes etiam intra

Norðanhymbri regem abdicant.

tra vrbis mœnia eos persequi ⁊ murum frangere instituunt; quod ⁊ fecerunt. Non enim tunc adhuc illa ciuitas firmos ⁊ stabilitos muros illis temporibus habebat. Cumque Christiani murum vt proposuerant fregissẽt; ⁊ eorum magna pars in ciuitatẽ simul cum Paganis intrasset; pagani dolore ⁊ necessitate compulsi; super eos atrociter irrumpunt; cædunt; fugant; prosterunt; intus ⁊ extra; illic maxima ex parte omnes Norþanhÿmbrensiũ capti; occisis duobus regibus cũ multis nobilibus deleti occubuerũt. Reliqui vero qui euaserũt pacẽ cum paganis pepigerũt. Eodẽ anno Ealhstan episcopus Scirebur nensis ecclesiæ viam vniuersitatis adiens; postquã episcopatũ per 50. annos honorabiliter rexerat in pace in Scireburnan sepultus est.

Ealsthani mors.

ANno dominicæ incarnat. 868. nati. Ælfredi regis 20. fames valida erat. Tunc præfatus ac venerabilis Ælfred rex secundarii tamen tunc ordine fretus; vxorem de Mercia nobilem scilicet genere; filiam Æþelredi Gainorum comitis qui cognominabatur * mucill; expetiuit ⁊ duxit. Cuius fœminæ mater Eadburh nominabatur de regali genere Merciorum regis; quam nos ipsi propriis oculorum nostrorum obtutibus non paucis ante obitum suum annis frequenter vidimus; venerabilis scilicet fœmina; ⁊ per multos annos post obitum viri sui castissima vidua Iæðo tenus permansit. Eodem anno prædictus paganorum exercitus; Norðanhÿmbros relinquens in Merciam venit; ⁊ Snotengaham adiit; quod Britannice Tigguo cobauc interpretatur; Latine autem Speluncarum domus; ⁊ in eodem loco eodem anno hÿemauerunt. Quibus illic aduenientibus; confestim Burhred Merciorum rex; ⁊ omnes eiusdem gentis optimates; nuncios ad Æþered occidentalium Saxonum regem; ⁊ Ælfred fratrem dirigunt; suppliciter obsecrantes; vt illi illis auxiliarentur; quo possent contra præfatum pugnare exercitum. Quod ⁊ facile impetrauerũt. Nam illi fratres non segnius promissione; cõgregato ex omni parte sui immenso exercitu Merciam adeunt; ⁊ vsque ad Snotengaham bellum vnanimiter quærentes peruenium. Cumque pagani tuitione arcis muniti bellum dare negarent; ⁊ christianis frangere murum non suppetebat; pace inter Mercios ⁊ paganos facta duo illi fratres Æþered cũ suis cohortibus domum reuersi sunt.

Nuptiæ Ælfredi.

* mucil eo quod erat corpore magnus.

ANno dom. incarnat. 869. nati. autem Ælfredi regis 21. fames magna ⁊ mortalitas hominum; ⁊ pestis animalium; ⁊ præfatus paganorum exercitus iterum ad Norþanhÿmbros equitans; Eboracum ciuitatem adiit ⁊ ibi anno integro mansit.

Fames cum peste.

ANno dominicæ incarnat. 870. nati. autem Ælfredi regis 21. supra memoratus paganorum exercitus; per Merciam in orientales anglos transiuit; ⁊ ibi in loco qui dicitur þeodford hÿemauit. Eodem anno Eadmund orientalium Anglorum rex; contra ipsũ exercitum

 atro-

atrociter pugnauit. Sed proh dolor Paganis nimium gloriantibus; ipse cum magna suorum parte ibidem occisa inimici loco funeris dominati sunt; ⁊ totam illam regionem suo dominio subdiderunt. Eodem anno Ceolnoð Archiep. Doroberniæ antistes; viam vniuersitatis adiens in eadem ciuitate in pace sepultus est;

Ceolnoði mors.

ANno dominicæ incarnat. 871. nati autem Ælfredi regis 22. exosæ memoriæ Paganorũ exercitus orientales Anglos deserẽs; ⁊ regnum occidentalium Saxonum adiens; venit ad villam regiam quæ dicitur Rædigam in meridiana tamesis flumensis fluminis ripa sitam; in illa paga quæ dicitur Bearrocscire. Tertioque aduentus sui ibidem die comites eorum cum magna illius parte in prædam equitauerunt; aliis vallum inter duo flumina tamesen ⁊ cynetan a dextrali parte eiusdem regiæ villæ facientibus; quibus Æþelwulf Bearroccensis pagæ comes; cum suis sodalibus in loco qui dicitur Englafeld obuiauit; ⁊ animose ex vtraque parte ibidem pugnatũ est. Cumque ibi diu vtrique resisterẽt altero paganorũ comite occiso; ⁊ maxima exercitus parte deleta; cæterisque fuga elapsis; christiani victoriã accipientes loco funeris dominati sunt. His ibi ita gestis post quatuor dies Æþered rex occidentalium Saxonum; ⁊ Ælfred frater eius adunatis viribus congregatoque exercitu; Rædigam adierunt. Cumque vsque ad portam arcis peruenissent; cædendo ⁊ prosternendo quoscunque de Paganis extra arcem inuenissent; Pagani non segnius certabant lupino more; totis portis erumpentes; totis viribus bellum perquirunt; ibique diu ⁊ atrociter ex vtraque parte dimicatum est. Sed heu proh dolor Christianis demum terga vertentibus pagani victoriam accipientes loco funeris dominati sunt; ibique Æþelwulfus præfatus comes inter cæteros occubuit. Quo dolore ⁊ verecundia Christiani commoti iterum post quatuor dies contra præfatum exercitum in loco qui dicitur Æsces dun; quod Latine mons fraxini interpretatur; totis viribus ⁊ plena voluntate ad prœlium prodeunt. Sed Pagani in duas se turmas diuidentes; æquali lance testudines parant. Habebant enim tunc duos reges ⁊ multos comites; concedentes mediam partem exercitus duobus regibus; ⁊ alteram omnibus comitibus. Quod Christiani cernentes ⁊ etiam ipsi exercitum in duas turmas similiter diuidentes; testudines non segnius construunt. Sed Ælfred citius ⁊ promptius cum suis; sicut ab his qui viderunt veridicis referentibus audiuimus; ad locum prœlii aduenit. Nimirum; erat enim adhuc suus frater Æþered rex in tentorio in oratione positus audiens missam; ⁊ nimium affirmans se inde viuum non discessurum antequam Sacerdos missam finiret; ⁊ diuinũ pro humano nolle deserere seruitium; ⁊ ita fecit. Quæ regis Christiani fides multum apud

Conflictus christianorũ cũ Paganis

Æþeredi deuotio.

domi-

dominum valuit; sicut in sequentibus apertius declarabitur. Decreuerant ergo Christiani vt Æthered rex cum suis copiis contra duos paganos reges sumeret prœlium: Ælfred vero suus frater; cum suis cohortibus contra omnes paganorum duces belli sortem sumere debere sciret. Quibus ita firmiter ab vtraque parte dispositis; cũ rex in oratione diutius moraretur; et pagani parati ad locum certaminis citius aduenissent; Ælfred tunc secundarius cum diutius hostiles acies ferre non posset; nisi aut bello retrorsum recederet; aut contra hostiles copias ante fratris aduentum in bellum prorumperet; demum viriliter aprino more christianas copias contra hostiles exercitus (vt antè proposuerant) tamen quamuis rex adhuc non venerat dirigens; diuino fretus consilio ⁊ adiutorio fultus; testudine ordinabiliter condensata confestim contra hostes vexilla mouet. Sed hoc in loco nescientibus intimandum est; quod ille locus certaminis belligerantibus inæqualis erat. Nam pagani editiorem locum præoccupauerant; christiani ab inferiori loco aciem dirigebant. Erat quoque in eodem loco vnica spinosa arbor breuis admodũ; quam nos ipsi nostris propriis oculis vidimus. Circa quam ergo hostiles inter se acies cum ingenti omnium clamore; illi perperam agentes; isti pro vita ⁊ dilectis; atque patria pugnaturi hostiliter conueniunt. Cumque aliquandiu animose ⁊ nimium atrociter hinc inde vtrique pugnarent; pagani diuino iudicio christianorum impetum diutius non ferentes maxima suarum copiarum parte occisa; opprobriosam fugam cepere; quo in loco alter de duobus paganorum regibus ⁊ 5. comites occisi occubuerũt; ⁊ multa millia paganę partis in eodem loco; ⁊ insuper per totam campestrem æscẽdun latitudinem vbique dispersa; longe lateque occisa corruerunt. Cecidit ergo illic Bægscecg rex; ⁊ Sidroc ille senex comes; ⁊ Sidroc iunior comes; ⁊ Osbern comes; ⁊ Fræna comes; ⁊ Hareld comes; ⁊ totus paganorum exercitus in fugam vsque ad noctem; ⁊ etiam vsque ad diem sequentem; quousque ad arcem qui euaserant peruenerunt; versus est. Quos christiani vsque ad noctem persequuti sunt; ⁊ vbique prosternẽtes. His ibi ita gestis; iterum post 14. dies Æthered rex vna cum fratre suo Ælfred; adunatis viribus contra paganos pugnaturi basengas adierũt. Quibus hinc inde hostiliter conuenientibus; ⁊ diu resistentibus; pagani victoriam accipientes loco funeris dominati sunt. Quo prœlio peracto de vltra marinis partibus alius paganorum exercitus societati se adiunxit. Et eodem anno post pascha; Æthered rex præfatus; regno 5. annis per multas tribulationes strenue atque honorabiliter cum bona fama gubernato; viam vniuersitatis adiens in pinburnan monasterio sepultus; aduentum domini ⁊ primam cum iustis resurrectionem expectat.

Paganorũ clades.

Æthered mors.

Eodem anno Alfred supra memoratus; qui vsque ad id temporis viuentibus fratribus suis secundarius fuerat; totius regni gubernacula diuino concedente nutu cum summa omnium illius regni accolarum voluntate confestim fratre defuncto suscepit. Quod etiam viuente prædicto fratre suo si dignaretur accipere; facillime cum consensu omnium potuerat inuenire. Nempe quia ⁊ sapientia ⁊ cunctis moribus bonis cunctos fratres suos præcellebat; ⁊ insuper eo quod nimium bellicosus ⁊ victor prope in omnibus bellis erat. Cumque regnare prope quasi inuitus vno mense impleto cœperat; nimirum enim non putabat in se diuino fultus auxilio; tantam paganorum vnquam posse solus sufferre austeritatem; quin etiam viuentibus suis fratribus; cum magna multorum detrimenta sustinuisset contra vniuersum paganorum exercitum; in monte qui dicitur piltun; qui est in meridiana ripa fluminis Guilou; de quo flumine tota illa paga nominatur; cum paucis ⁊ nimium inæquali numero acerrime belligerauit. Et cum hinc inde vtrique hostiliter ⁊ animose non parua diei parte pugnarent; Pagani ad integrum suum periculum propriis suis conspectibus cernentes; ⁊ hostium infestationem diutius non ferentes; terga in fugam verterunt. Sed proh dolor per audacitatem persequentium decipientes; iterum in prœlium prodeunt; ⁊ victoriam capientes loco funeris dominati sunt. Nec hoc cuiquam mirabile videatur quod christiani paruum in prœlio numerum habebant. Erãt enim Saxones maxima ex parte in eodem vno anno 8. contra paganos prœliis populariter attriti; in quibus 8. prœliis; vnus rex paganorum ⁊ 9. duces cum innumeris cohortibus occisi periere; exceptis quotidianis ⁊ nocturnis irruptionibus innumerabilibus; quas Alfred sæpe memoratus ⁊ singuli duces illius gentis cum suis; ⁊ etiam perplures ministri regis contra paganos infatigabiliter studiose exercebant; in quibus frequentissimis irruptionibus quot millia paganæ expeditionis occisa perierunt; nisi soli deo incognitum est; exceptis his; qui in 8. supra memoratis prœliis trucidati sunt. Eodem quoque anno Saxones cum iisdem paganis ea conditione; vt ab eis discederent pacem pepigerunt; quod ⁊ impleuerunt.

Initium regni Alfredi.

Belli incõstantia.

Mercii cũ Paganis pacem ineunt.

ANno incarnationis 872. nati. autem Alfredi regis 23. præfatus paganorum exercitus Londoniam adiit; ⁊ ibi hÿemauit; cum quo Mercii pacem pepigerunt.

ANno dominicæ incarnationis 873. nati. autem Alfredi regis 24. sæpe memoratus exercitus Londoniam deserens in Norðanhimbrorum regionem perrexit; ⁊ ibi hÿemauit in paga quæ dicitur Lindesig; cum quo iterum Mercii pacem pepigerunt.

Anno

ANno dominicæ incarnationis 874. nati. autem Ælfredi regis 25. supra memoratus sæpe exercitus Lindissig deserens; Merciã adiit; ⁊ hÿemauit in loco qui dicitur Hreopedune. Burghredum quoque Merciorum regem regnum suum deserere ⁊ vltra mare exire; ⁊ Romam adire contra voluntatem suam coegit 22. regni sui anno. Qui postquam Romam adierat; non diu viuens ibidẽ functus est; ⁊ in schola Saxonum in ecclesia sanctæ Mariæ honorifice sepultus aduentũ domini; ⁊ primam cum iustis resurrectionem expectat. Pagani quoque post eius expulsionem totum Merciorum regnum suo dominio subdiderunt. Quod tamen miserabili conditione cuidã insipienti ministro regis; eius nomen erat Ceolpulf eodem pacto custodiendum commendauerunt; vt qualicunque die illud vellent habere iterum pacifice illis assignaret; quibus in eadem conditione obsides dedit; ⁊ iurauit nullo modo se voluntati eorum contradicere velle; sed obediens in omnibus esse.

Burghredus Romæ moritur.

ANno dominicæ incarnationis 875. nati. autem Ælfredi regis 26. supra memoratus sæpe exercitus Hreopedune deserens in duas se diuisit turmas. Cuius altera pars cum healftene in regionem Norðanhÿmbrorum perrexit; ⁊ ibi hÿemauit iuxta flumen quod dicitur Tine; ⁊ totam Norðanhÿmbrorum regionem suo subdidit dominio; nec non ⁊ Pictos ⁊ Stratduttenses depopulati sunt. Altera quoque pars cum Goðrum; ⁊ Osscÿtil; ⁊ Amund tribus paganorum regibus; ad locum qui dicitur Grantebrÿcge perueuit; ⁊ ibi hÿemauit. Eodem anno Ælfred rex nauali proelio in mare cõtra 6. naues paganorum belligerauit; ⁊ vnam ex eis cepit cæteris per fugam elapsis.

Pugna maritima Ælfredi.

poterat reluctabatur inclamitans dæmones esse ⁊ non homines; non
enim aliter sciebat; quia nec hoc homines ausos esse existimabat. Vul-
neratus est tamen antequam sui aduenirent. Sui ergo hoc rumore
expergefacti; ⁊ etiam audito dęmonum nomine perterriti vtrique ⁊
inexpertes; ⁊ etiam illi Iudaico more domini sui proditores hinc inde
ad ecclesiæ hostia concurrunt. Sed antequam aduenirent latrunculi
præcipiti cursu ad proximantia sibi gronnæ latibula; semiuiuum ab-
batem relinquentes confugiunt. Monachi vero seniorem suum semi-
uiuũ colligentes cum gemitu ⁊ mœrore domũ reportauerunt; sed nec
etiam illi dolosi minus lachrymabantur innocentibus. Sed dei miseri-
cordia tantum facinus impunitum fieri non permittente; latrunculi
qui hoc perpetrauerunt omnes tãti sceleris persuasores capti liga-
tique; per varia tormenta morte turpissima periere. His ita relatis
ad incœpta redeamus. Aliud quoque monasterium iuxta orientalem
portam Scefterburg habitationem sanctimonialium habitabile idem
præfatus rex ędificare imperauit; in quo propriam filiam suam Ebel-
geofu deuotam deo virginem abbatissam constituit; cum qua etiam a-
liæ multæ nobiles moniales in monastica vita deo seruientes in eodem
monasterio habitant; quæ duo monasteria terrarum positionibus ⁊
omnibus diuitiis locupletatim ditauit. His ita diffinitis solito suo
more intra semetipsum cogitabat; quid adhuc addere potuisset;
quod plus placeret ad piam meditationem. Non inaniter incœpta; v-
tiliter inuenta; vtilius seruata est. Nam iamdudum in lege scriptũ
audierat, dominũ decimam sibi multipliciter redditurum promisisse;
atque fideliter seruasse; decimamque sibi multipliciter redditurũ fu-
isse. Hoc exemplo instigatus; ⁊ antecessorum morem volens transcẽ-
dere; dimidiam seruitii sui partem diurni scilicet ⁊ nocturni tempo-
ris; nec non etiam dimidiam partem omnium diuitiarum quæ annuali-
ter ad eum cum iusticia moderanter acquesitæ peruenire consueue-
rant; deo deuote ⁊ fideliter toto cordis affectu pius meditator se
daturum spopondit; quod ⁊ quantum potest humana discretio discer-
nere ⁊ seruare; subtiliter ac sapienter adimplere studuit. Sed vt soli-
to suo more cautus euitaret quod in alio diuinæ scripturæ loco cau-
tum est; si recte offeras; recte autem non diuidas; peccas; quod deo
libenter deuouerat quomodo recte diuidere posset cogitauit; ⁊ vt
dixit Salomon. Cor regis in manu domini; id est; consilium. Cõsilio di-
uinitus inuento omnium vniuscuiusque anni censuum successum bifa-

Elfredi filia Abbatissa.

Elfredi votum.

Diuisio bonorum per Alfredum

rie primitus ministros suos diuersi æquali lance impensaut. Nis ita diuisis partem primam sæcularibus negotiis pertinere addixit; quam etiam in tribus partibus sequestrari præcepit: cuius primã diuisionis partẽ suis bellatoribus annualiter largiebatur, itẽ suis ministris nobilibus; qui in curto regio vicissim commorabantur; in pluribus ministrantes ministerijs. Ita enim ordinabiliter agebatur regalis familiaritas tribus omni tempore vicissitudinibus; in tribus namque cohortibus præfati regis satellites prudentissime diuidebantur; ita vt prima cohors vno mense in curto regio die noctuque adminis trãs commoraretur; mense quoque finito & aduenientẽ alia cohorte prima domum redibat; & ibi duobus; propriis quibus necessitatibus studens commorabatur mensibus. Secunda itaque cohors mense peracto aduenientẽ tertia domum redibat; vt ibi duobus cõmoraretur mensibus; sed et & illa finito vnius mensis ministerio; & aduenientẽ prima cohorte domũ redibat; ibidẽ commoratura duobus mensibus. Et hoc ordine omnibus vitæ præsentis temporibus talium vicissitudinum in regali curto rotatus administratio. Talibus itaque primam de tribus prædictis partibus partem; vnicuique tamen secundum propriam dignitatem; & etiam secundum proprium ministerium largiebatur. Secundam autem operatoribus quos ex multis gentibus collectos; & compatratos propemodum innumerabiles habebat in omni terreno ædificio edoctos. Tertiam autem eiusdem partem aduenis ex omni gente ad eum aduenientibus longe propeque positis; & pecuniam ab illo exigentibus etiam & non exigentibus; vnicuique secundum propriam dignitatem mirabili dispensatione laudabiliter; & (sicut scriptum est: Hilarem datorem diligit deus) hilariter impendebat. Secundam vero partem omnium diuitiarum suarum; quæ annualiter ad eum ex omni censu perueniebant & in fisco reputabantur; sicut iam paulo ante cõmemorauimus plena voluntate deo deuouit; & in quatuor partibus etiam curiose suos ministros illã diuidere impensauit, ea cõditione vt prima pars illius diuisionis pauperibus vniuscuiusque gentis qui ad eũ veniebant discretissime erogaretur. Memorabat etiam in hoc; quãtum humana discretio custodire potesset; illius S. Papæ Gregorii obrepuandam esse sententiam; qua discretam mentionem diuidendæ eleemosynæ ita dicens agebat. Ne parum cui multum; nec multum cui parum; nec nihil cui aliquid; nec aliquid cui nihil. Secundam autem duobus monasteriis quæ ipse prius impensauerat; & perueniebus in his deo (de quibus paulo ante latius dissertauimus) tertiam colæ quã ex multis suæ propriæ gentis nobilibus studiosissime congregauerat; quantam circum finitimis in omni Saxonia & Mercia monasteriis; & etiam quibusdam annis per vices in Britãnia; & Cornubia; Gallia; Armo-

rica

rica; Nonidh ýmbrif; ¶ aliquando etiam in Hýbernia; eccleriæ ¶ reruiæ dei inhabitantibus; secundum possibilitatem suam; aut ante distribuit; aut sequenti tempore exigere proposuit; vita sibi ¶ prosperitate salua. Hic ita ordinaliter ab eodem rege disponitur; memor illius diuinæ scripturæ sententiæ qua dicitur; qui vult eleemosýnam dare a semetipso debet incipere; etiam quid a proprio consumpsit sui ¶ mentis seruitio deo offerre debuerit prudenter excogitauit. Nam non minus de hac re quam de exterius diuinis deo offerre proposuit; quin etiam dimidiam partem seruitii mentis ¶ corporis; in quãtum infirmitas ¶ possibilitas; atque suppetentia permitteret diurno scilicet ac nocturno tempore; suapte totisque viribus se debitum deo spopondit. Sed quia distantiam nocturnarum horarum omnino propter tenebras; ¶ diurnarum propter densitatem sæpissime pluuiarum ¶ nubium æqualiter discernere non poterat; excogitare cœpit qua ratione fixa; ¶ sine vlla hæsitatione hunc promissum voti sui tenorem; læto tenus incommutabiliter dei fletus misericordia; seruare posset. Hic aliquandiu excogitatis; tandem inuento vtili ¶ discreto consilio suos capellanos coram offerre sufficienter impetrauit; quam adductam ad denarios pensare in bilibri præcepit. Cumque tanta cera mensurata fuisset; quæ 72. denarios pensaret; 6. candelas vnamquamque æqua lance inde capellanos facere iussit; vt vnaquæque candela 12. vncias pollicis in se signatas in lõgitudine haberet. Itaque hac reperta ratione rex illæ candelæ per 24. horas die noctuque sine defectu coram sanctis multorum electorum dei reliquis; quæ semper eum vbique comitabantur; ardenter lucescebant. Sed cum aliquando per diem integrum ¶ noctem ad eandem illam horam qua anteriori vespera accensæ fuerant candelæ; ardendo lucescere non potuerant; nimiorum ventorum violentia inflante; quæ aliquando per ecclesiarum hostia ¶ fenestrarum; macerias quoque atque tabularum; vel frequenter parietum simulas; necnon ¶ tentoriarum tenuitates; die noctuque sine intermissione flabat; exardescere citius plus debito ante eandem horã sinendo cursum suum cogebantur: excogitauit vnde talem ventorum sufflationem prohibere potuisset; consilioque artificiose atque sapienter inuento; lanternam ex ligni ¶ bouini cornibus pulcherrime construere impetrauit; bouina nãque cornua alba ac in vna tenuitate dolabris erasa non minus vitreo vasculo elucent; quę itaque lanterna mirabiliter exligni ¶ cornibus vt ante diximus facta; noctuque candela in eam missa extetur vt intetur tam lucida ardebat; nullis ventorum flaminibus impedita; quia valuam ad ostium illius lanternæ ex cornibus idem sæpe impetrauerat. Hoc itaque machinamento ita facto 6. candelæ vnaquæque post alteram; per 24. horas sine intermissione nihil citius; nihil tardius lucescebant; quibus extinctis aliæ incendebantur.

Lanternæ inuentio.

Nisi ita ordinabiliter per omnia diuerteris, dimidiam sicut deo deuouerat peregrini sui partem custodire cupiet, et eo amplius augere in quantum possibilitas aut suppetentia, immo etiam infirmitas permitteret, tædiosus examinde in iudicijs veritatis arbiter existebat, et in hoc maxime propter pauperum cujam, quibus die noctuque inter cætera præsentis vitæ debita misabiliter incumbebat. Nam in toto illo regno præter illum solum, pauperes, aut nullos aut etiam paucissimos habebant adiutores. Nimirum, quia etiam pene omnes illius regionis potentes et nobiles ad sæcularia magis quam ad diuina mentem declinauerant negotia, magis enim vnusquisque speciali lucro in sæcularibus negotijs quam cómuni inhiabat. Studebat is quoque in iudicijs etiam propter nobiliū et ignobilium suorū vtilitatē, qui sæpissime in concionibus comitū et præpositorū pertinacissime inter se dissentiebant, ita vt pene nullus eorū quicquid a comitibus et præpositis iudicatum fuisset, verum esse concederet: qua pertinaci dissentione obstinatissime compulsi regis subire iudicium singuli subabant, quod et cópestim ab vtraque parte implere festinabāt. Sed tamen ille qui in sua parte aliquā de illa causa iniustitiā sibi cognoscere, ad talis iudicij iudiciū contra voluntatē, tamen quāuis per vim lege et stipulatione venire coactus esset, voluntarie nolebat accedere. Sciebat enim ibidē nihil ex sua malitia confestim posse delitescere. Nec mirū, erat namque rex ille in exequēdis iudicijs sicut in cæteris aliis omnibus nebus diligentissimus indagator. Nā omnia pene totius suæ regionis iudicia quæ in absentia sua fiebant sagaciter inuestigabat qualia fierent, iusta aut etiā iniusta, aut vero si aliquā in illis iudicijs iniquitatē intelligere posset, leniter aduocatos illos ipsos iudices, aut per se ipsū aut per alios suos fideles quoslibet interrogabat, quare ita nequiter iudicassent, vtrum per ignorantiā aut propter aliā quamlibet maleuolentiā i. vtpotē pro aliquorū amore vel timore, aut aliorū odio, aut etiā pro alicuius pecuniæ cupiditate. Denique si illi iudices proferentur propterea pro talia ita iudicasse, eo quod nihil nectus de his nebus scire potestāt, tūc ille discrete et moderātes illorū imperitiā et inscientiā nebas increpabat, quē aiebat ita inquiet. Nimium admiror vestrā hāc insolentiā, eo quod dei dono et meo, sapientiū ministeriū et gradus vsurpastis, sapiētiæ autē studiū et operā neglexistis: quapropter aut temerariā potestatū ministeria quæ habetis illico dimittatis, aut sapiētiæ studijs multo deuotius docere vt studeatis impero. Quibus auditis verbis pertemptati, velut pro maxima vindicta correcti comites et præpositi ad æquitatis discendæ studiū totis viribus se vertere nitebantur, ita vt mirū in modū illiterati ab infantia comites pene omnes et præpositi ac ministri literatorisq; apti studerent, malentes inuetā disciplinam quā laboriose discere, quam potestatū ministeria dimittere. Sed si aliquis literalibus

Ælfredus pauperum tutor fuit.

Ælfredus Iudex integer.

Seueritas in Iudices iniquos

libus studiis aut pro senio, vel etiã pro nimia inusitati ingenii tarditate proficere nõ valeret, suũ si haberet filiũ; aut etiã aliquẽ propinquũ suũ; vel etiam si aliter non habeat suum proprium hominem liberum; vel seruum; quem ad lectionẽ longe ante promouerat; libros ante se die nocteque quandocunque vnquã vllã haberet licentiam Saxonicos imperabat recitare; ⁊ suspirans nimiũ intima mẽte dolebat; eo quod in iuuentute sua talibus studiis non studuerat; fœlices arbitrantes huius temporis iuuenes qui liberalibus artibus fœliciter erudiri poterant: se vero infœlices existimantes qui nec hoc in iuuentute didicerant; nec etiam in senectute; quamuis inhianter desiderarent; poterant discere. Sed hanc senum iuuenumque in discendis literis solertiã ad præfati regis notitiam explicauimus.

ANno dom. 900. Alfredus viridicus; vir in bello per omnia strenuissimus, rex occidentalium Saxonum nobilissimus; prudens vero ⁊ religiosus; atque sapiẽtissimus; hoc anno postquã regnasset 29. annis ⁊ dimidiũ super totã Angliam; præter illas partes quæ subditæ erãt Dacis; cum magno suorum dolore viam vniuersitatis adiit; die 7. Kalend. Nouemb. anno regni sui 29. ⁊ dimidio; anno vero ætatis suæ 51. indictione 4. Qui apud pintoniam ciuitatem regalem decenter; ⁊ regali honore est sepultus in ecclesia S. Petri Apostolorum principis. Mauseolum quoque ipsius constat factum de marmore porfirio pretiosissimo. De cuius regimine laborioso hos versus proloqui dignũ duxi. Alfredi mors.

Nobilitas innata tibi probitatis honorem
Armipotens Alfrede dedit; probitasque laborem;
Perpetuumque labor nomen: cui mixta dolori
Gaudia semper erant; spes semper mixta timori.
Si modo victor eras ad crastina bella pauebas:
Si modo victus eras ⁊ crastina bella parabas.
Cui vestes sudore iugi; cui sica cruore
Tincta iugi; quantum sit onus regnare probarunt
Non fuit immensi quisquam per climata mundi;
Cui tot in aduersis vel respirare liceret:
Nec tamen aut ferro contritus ponere ferrum;
Aut gladio potuit vitæ finisse labores.
Iam post transactos vitæ regnique dolores;
Christus ei sit vera quies; sceptrumque perenne.

Henr. Hũtingdon.

Hic Iohannes Asser quondam episcopus Scireburnensis scripsit Alfredi res gestas ⁊ Annales Britanniæ. Huius Asseri Annalibus vetustus quidam author Paralipomenon addidit; ⁊ eum obiisse scribit anno dom. 909.

FINIS.

# Testamentum Ælfredi Regis.

EGo Ælfredus diuino munere; labore ac studio Aþelredi Archiepiscopi; nec non totius þestsaxoniæ nobilitatis consensu pariter ⁊ assensu; occidentalium Saxonum rex; quos in testimonium meæ vltimæ voluntatis complementi; vt sint aduocati in disponendis pro salute animæ meæ; regali electione confirmo tam de hæreditate; quam deus ac principes cum senioribus populi misericorditer ac benigne dederunt; quam de hæreditate quam pater meus Æþelþulfus rex nobis tribus fratribus delegauit; viz. Æþelbaldo; Æþeredo; ⁊ mihi; ita quod qui nostrum diutius foret superstes, ille totius regni dominio congauderet. Et si contigerit quod Æþelbald primogenitus patris nostri primus in fata decesserit; tunc recognoscat Æþeredus cum totius þestsaxoniæ nobilitate; quod sint nobis in testes de nostræ portionis in regno participatione, in die coronationis Æþeredi regis; quē in regē super nos post mortē Æþelbaldi fratris nostri primogeniti erigere toto nostro conamine insistemus, secundum assecurationem quā nobiscum fideliter fecit; viz. quod idem rex Æþeredus nostras distributiones nobis esse permitteret; sicut eas habuimus ante ipsius Æþeredi fratris nostri postgeniti coronationem: fidelitas vero nobiscum ab ipso promissa de hæreditaria distributione; erat modo consimili confecta; viz. quod de terris ⁊ dominiis quæ rex ipse Æþeredus omni nostro iunamine ⁊ potestate, hominumque nostrorum sibi adquisierit; ⁊ etiam de dominiis quæ sibi iure hæreditario contingunt nobis fraternali affectione competenter impartiretur. Verumtamen si contigerit; quod Æþeredus succedat in regnum; idem ⁊ ipse compromitteret. Quando vero ita deus disposuit; vt Æþeredus regali diademate coronaretur; tunc ipsum Æþeredum rogaui coram omnibus testibus nostris; viz. quod de sua hæreditate nobis impartiri recognoscat; ⁊ quod mihi meam distribuat partem. Ipse vero hiis auditis statim mihi restitit; cōtestans se hoc nō posse; nec agere vellet vt impartiatur; ex quo illud tam diutino tempore in propria retinuit possessione: hoc tamen mihi spoponderat; quod terras ⁊ dominia quæ ipse nobis auxiliantibus; ⁊ populo nostro; in suam ditionem perquisiuerit; ⁊ hæreditatem ad quam nascitur; post dies suos nemini in possessionem daret; vt suæ cōgauderet hæreditati; solummodo me excepto; sicque quærimoniam contra fratrem remisi per verba prædicta complacatus; si vero contigerit (quod absit) quod nos omnes impiissimorum paganorum in manus inimicorum nostrorum Danensium inciderimus: tunc nobis est specialiter recognoscendum disponere salubriter pro filiis nostris;

quod

quod vnusquisque eorum successiue vnus post alium nostrum hæreditatem possideat; ⁊ terris ac possessionibus nostris congaudeat; quemadmodum ipsa hæreditas; terræ; possessiones ⁊ dominia; nobis condonata fuerunt. Propterea nos in vnum congregati sumus apud Suinburnam; vbi pronunciauimus in cognitione totius pestraxoniæ; principū; dominorum; ac seniorum; quod ipsi fideliter testimonium perhibeant; viz. quod quis nostrum diutius superuiueret; quod ipse legat alterius filiis ipsas terras quas nosmet ipsi nostra virtute ac potestate conquesti sumus; ⁊ terras ipsas quas rex Æþelpulfus nobis donauit; dummodo Æþelbald fuerat superstes; præter illud quod nobis tribus fratribus pater noster rex Æþelpulfus delegauit. Et super hoc vnusquisque nostrum alteri fidem firmauit; quod quis nostrū diutius vitā viueret; quod ipse alterius terras possideret; ⁊ dominia ⁊ omnia quæ sui erant; præter illam partem quam vterque nostrum filiis alterius legauit. Et si contingat quod Æþeredus rex viam vniuersæ carnis fuerit ingressus; ex tunc præter me non est quis qui super hæreditatem scripturam habeat vel testimonium; nec quod sit aliquis alius hæres præter me; quod si aliquis hæreditatem prædictam acclamauerit; ius suum perdet; nisi citius de hoc testes adducat. Et tunc audiui quod omnes cognati mei in soporem mortis resoluti erant. Et ita hæreditas Æþelpulfi regis patris mei ad me deuoluta est per chartam inde confectam; in consilio nostro generali apud Langdene; quam quidem chartam libere legere iussi coram testibus totius pestraxoniæ: quando vero relecta fuerat; tunc mandaui illos omnes qui aderant; ⁊ securitatem mihi facere præcepi pro meo amore; si vnquam audient de aliquo vel cognoscerēt; qui de hæreditate mea aliquod ius acclamare iuste posset quod nunquam ad meum auditum antea peruenit. Et iterum loquutus sum ad eos in hæc verba. Rogo vos dilectissimi; quod nemo pro amore aut odio mei parcat veritatem annunciare; sed summopere consentiat veritati; quia mea voluntas non est aliquem meorum cōsanguineorum in aliquo disheritare. Et tunc omnes principes ⁊ seniores populi mei sub firma attestatione dixerunt; quod nunquam ad eos deuenit notitia de aliquo; qui iustiorem haberet titulum quam ego; nec cogitare nouerunt de aliquo neque in scripturis inuenire potuerunt; ⁊ in seisinam meæ hæreditatis me iterum imponentes dixerunt. Ecce iam habes tuam hæreditatem iterum in manibus tuis; nunc de bonis ⁊ possessionibus conde testamentum tuum; lega ⁊ dona tuo proximo sanguini; vel amicis tuis ⁊ cognatis sicut tibi placuerit. Et omnes illi firmitatem irreuocabilem mihi fecerunt ⁊ subscripserunt; ipsos nunquam hæreditatem meam alicui homini aliter peruertendo daturos; præterquam egomet legabo die proximo

iam instante; vnde ego Ælfredus diuino munere occidentalium Saxonũ rex; præsentibus testibus intentionem meæ vltimæ voluntatis inpræsentiarum profero; vt implementum sortiatur post proprium in fata decessum. In primis concedo meo seniori filio Edouardo illas terras apud Stratnet in Triconschire; ⁊ Hortingtune; cum tota libera terra quam Leofus a nobis perantea tenuit apud Carentune; ⁊ apud Kilsantune; ⁊ apud Burnham; ⁊ apud Pedmore. Insuper ego cõfirmo custodi de Leodre; quod ipse illud habeat secundũ assignationẽ a vobis prælocutã; cum terra illa apud Kintune; nec nõ cum omnibus ad illud pertinentibus. Vlterius prædicto concedo custodi terras illas apud Kantune; ⁊ apud Bedeþynd; ⁊ apud Benesey; ⁊ apud Hussebure; ⁊ apud Suttune; ⁊ apud Leodrian; ⁊ apud Altune; cum omnibus liberis terris quas in Cãtio possidemus; ⁊ apud inferiorẽ Hussebur; ⁊ apud Kyseldene. Do illas terras meo principaliori seruienti apud Pintoniam secundum assignationem; secundum quam illud pater meus prædicto seruienti per prius quam affectuose delegauit: alterum vero feodum quem ego Egulfo dedi vsque ad certũ tempus apud inferiorem Hussebure, prænominato seruienti concedo. Insuper do meo iuniori filio terras illas apud Ederingtune; ⁊ apud Dene ⁊ apud Mene; ⁊ apud Ambresbiry; ⁊ apud Done; ⁊ apud Sture minster; ⁊ apud Zeule; ⁊ apud Cruerne; ⁊ apud Phitchurch; ⁊ apud Axanmuthe; ⁊ apud Brannescumbe; ⁊ apud Columtune; ⁊ apud Tiryfird; ⁊ apud Millebure; ⁊ apud Exam mynster; ⁊ apud Suþþirðe; ⁊ apud Lintune; cum omnibus terris ad illud pertinentibus; quæ sunt omnes quas sub cælo ibidem possideo; solummodo Tryconschire excepto. Insuper meæ filiæ concedo primogenitæ villam de Pelero; ⁊ meæ filiæ postgenitæ concedo villam de Clere; ⁊ de Condeuere; ⁊ meæ minori filiæ villam de Pelige; ⁊ de Asketune; ⁊ de Chippenam. Aþelmo vero fratris mei filio do villam de Edingburn; ⁊ de Cumptune; ⁊ de Erundele; ⁊ de Bednign; ⁊ de Dingham; ⁊ de Burnham; ⁊ de Thumesfelde; ⁊ de Aschongum. Et fratris mei filio Æþelþaldo concedo villam de Godelming; ⁊ de Guldeford; ⁊ de Stemingham. Et Osferþo cognato meo do villam de Beccaule; ⁊ de Riþeramfeld; ⁊ de Diccanlingum; ⁊ de Suttune, ⁊ de Bulling minster; ⁊ de Angemeringũ; ⁊ de Felþam; nec non ⁊ omnes terras ad illud pertinentes. Insuper concedo Alsþyþo villã de Lamborne; ⁊ de Pantingh; ⁊ de Eþandtune. Præterea duobus filiis meis libras lego mille; cuilibet eorũ quingentas libras. Et primogenitæ meæ; postgenitæ; ⁊ minori; nec non Alsþiþo; ipsis quatuor lego libras quadringentas; cuilibet eorum centum libras: vlterius cuilibet armigerorum meorum centum marcas; singulis eorum per se centum marcas. Veruntamen concedo Aþelmo; Æþelþaldo ⁊ Osferþo etiam cuilibet eorum centum marcas.

Insu-

Insuper do Æthelredo principi militiæ meæ vnum gladium ⁊ viginti cē-
tum marcas. Et meo sequestri; cum quo iam Pascha imminente pac-
tum firmaui do ducentas libras; vt ipse det ⁊ distribuat inter om-
nes illos vbi placitum est sibi subire sepulchrum; secundum dispositi-
onem quam egomet sibi ad præsens conficio. Insuper Archiepiscopo do
centum marcas; ⁊ Esno episcopo; ⁊ Perferho episcopo; ⁊ Assero epis-
copo de Schireburn; cuilibet eorum centum concedo marcas; ad dan-
dum ⁊ distribuendum pro me ⁊ pro patre meo. Et præter hoc quod
ipse perantea assignabat; etiam ego assigno ducentas libras quinqua-
ginta præsbyteris per totum regnum meum; ⁊ quinquaginta solidos
cuilibet deo seruienti per totum regnum meum; ⁊ quinquaginta soli-
dos ad distribuendum inter pauperes; ⁊ quinquaginta solidos ecclesiæ
in qua corpus meum traditur sepulturæ. Et vltra ista nescio vtrum
plus fuerit ad legandum; spero reuera quod plus non fuerit inuentū;
si vero plus repertum sit disponatur prout superius disponendum
censuimus. Et volo quod armigeri mei cum valectis; ⁊ omnes qui cum
ipsis in seruitio meo existunt; ista distribuant modo supradicto; nec
alio modo distribuant quam superius præscripsimus coram hærede
meo; cui præ cæteris maiorem quantitatem de bonis ⁊ possessionibus
meis prę largitus sum; secundū quod donare potui. Et tali concessioni
multi nobiles conscripserūt; ⁊ coram præsētibus omnibus hiis testi-
bus istæ donationes ⁊ cōcessiones in scriptis erāt redactæ. Et modo
principibus regni mei dedi in mandatis; omnibus viz. qui inueniri pote-
rant quod illi impedimentū nō inferant; quoniā voluntas mea de præ-
dictis implendi capiat effectum diuina fretus virtute. Et volo quod
illi homines qui prædictas possident terras; obseruent verba quæ de
patris mei hæreditate rediguntur in scriptis in quantum possunt; ⁊
in quantum de futuro firmius poterunt. Etiam volo quod si ego ali-
cui dedi; vel feodum aliquem ad tempus accōmodaui; quod illi meis cog-
natis vel suis illud ostendant. Insuper volo quod illi homines quibus ego
meas liberas terras delegaui; non alienent illas a mea cognatione vl-
tra dies suos; ⁊ volo quod transeant diebus suis meæ propinquiori
cognationi; nisi ex se ipsis procreati fuerint filii legitimi. Et tunc
ex meo beneplacito permaneāt virili sexui ab ipsis primogenito; quā-
diu vnus ex eis vixerit super terram; nam ⁊ pater meus eodem modo
suam legauit hæreditatem. Quod si aliquo modo accidet; vt perueniāt
terræ prædictæ in manus mulierum; tunc volo quod post obitum ea-
rum reddantur consanguinitati meæ virili ex earum visceribus des-
cendenti; si ita fuerit quod ipsas has terras vita comite in propriis
manibus retinere voluerit; si vero aliter acciderit tunc vltra dies
suos fiet ita sicut per prius delegauimus. Vlterius dico quod redda-

tur ab ipsis pro sustentatione victus consanguineorum meorum quibus oportet me prædictas terras legare; vtrũ sint masculi vel fœminæ secundum quod mihi melius videtur. Et ego in nomine domini exhortor; ⁊ in nomine omnium sanctorum quod nemo consanguineorum meorum in posterum contra aliquem meæ consanguinitatis laboret quouismodo; quoad ea quæ ego ipsis dedi per antea pariter ⁊ legaui. Et mecum tota nobilitas pestraxonicæ gentis pro recto iure consentiũt; quod me oportet dimittere eos ita liberos; sicut in homine cogitatio ipsius consistit. Et ego pro amore dei ⁊ pro salute animæ meæ; volo quod ipsi sint in possessione libertatum suarum; ⁊ omnis cognatio eorum. Et ego in nomine dei sacri in mandatis committo; quod ipsis nemo contradicat; neque cum armis; potestate; nec virtute; neque aliquo alio resistendi modo; quod illi nõ poterunt seisinare; vel introducere quemcunque illis placuerit in eorum terras; possessiones ⁊ dominia. Et volo quod homines mei dent domino de Domraham suas terras liberas ⁊ suas libertates; sic quod ipsi seisirent quemcunque illi placuerit pro me ⁊ pro Elfleda; ⁊ pro amicis suis quibus ipsa gratitudines tenetur impendere; ⁊ pro viuorum ac defũctorum omnium necessitates habentium salute; ⁊ quod habeant illas vt possint stare pro animæ meæ salute; ⁊ quod talis pia donatio sit in remissionem omnium peccatorum meorum; ⁊ ita desiderans altissimum humiliter deprecor; vt mea delicta ⁊ eorum pœnas mihi misericorditer relaxet. Amen.

*This is the Preface how S. Gregorie this booke made, which*
Ðiſ ys ſeo foreſprǽc hu S. Gregorius ſar boc gedihte ſe
*men the Paſtoral doe call.*
man Paſtoralem nemnað.

*Ælfred Kyng wyſheth greetyng to Wulfſige Biſhop hys worthy*
Ælfred Kyning hatað gretunge ſulfrige Biſceop his ſondum *alias.* gre-
*lonely & frendly, & thee to know I wyll, that to me it comth very often in* tun.
luflice ⁊ frieondlice; ⁊ ſe cyðan hate; ſ me com ſpiðe oft on
*mynde what maner of wiſemē log ſince were throughout the Engliſh nation, both of*
gemynd; hpylce ſtran geo ǽron geond Angelcyn; ægðer ge
*the ſpirituall degree as of the temporaltie, & how happy the times thē were amōgſt*
godcundra hada ge folcunդra; ⁊ hu ge ǽlicga tida ða ǽron ge-
*all the Engliſh nation, & how the kinges which than the gouernmēt had of the people,*
ond Angelcyn; ⁊ hu ða cyningas ſe ſone anfeald hæfdon ſær folcef;
*God & his will written they obeyed, & how they both in theyr peace*
Gode ⁊ hiſ ærendſpritū hyrſumodon; ⁊ hu hi ægðer ge heora gewinne
*& in their expeditiō of war, & in theſe gouerning within borde or at home helde, &*
ge heora gewǽdo; ⁊ ge heora anfeald innan borde gehealdon; ⁊
*alſo without their noblenes did ſpread, & how they then ſped, aſwell in witte*
eac ut hira ēðel ymbdon; ⁊ hu him ða ſpeop; ægðer gemid wige
*as in wiſdome. And alſo the deuine orders how earneſt they were aſwell*
gemid wiſdome. And eac ða godcūdan hadas hu georne hi ǽron ægðer
*about preaching, and about learnyng, & about all the ſeruices that they*
geymbe lara; geymbe leornunga; ⁊ ymbe ealle ða ðeowdomas ſe hi
*to God ſhould do. And how men out abroade wiſdome & doctrine hither in this land*
gode ſceoldon; ⁊ hu man ut on bordе wiſdome ⁊ lare hider on land
*ſought, & how we the ſame now muſt abroad get, if we them haue ſhall.*
ſohte; ⁊ hu we hi nu ſceoldon ute begitan; giſ we hi habbā ſceoldō.
*So cleane it was fallen amongſt the engliſh nation, that very few were on*
Ða clæne heo ǽr oðfeallen on Angelcynne; ſ ſpiðe feapa ǽron be
*this ſide Humbre which their ſeruice could Vnderſtand in Engliſh,*
heonan Humbre ſe hira ſenunge cūðon vndeſtandan on Engliſc;
*or els furthermore an epiſtle from latin into engliſh to declare, & I*
oððe furſidon an ærendgewrit of ledene on Engliſc awendan; ⁊ ic
*wene that not many beyond Humbre were not. So few of them were,*
wene ſ naht monige begeondā Humbre næron. Ða feapa heora ǽron;
*that I alſo one onely may not remember byſouth Thamiſe when as I*
ſ ic ſunſon anne ænlepne ne mæg gemencan begiondan Thamiſe ða ða ic
*to reigne Vndertoke. God almighty be thanked, that we now any in ſtall*
to rice feng. Gode ælmihtigum ſy ðanc; ſ we nu ænigne an ſteal
*haue a teacher. Therfore I thee bid that thou do as I beleue that thou wilt,*
habbað lareowa. Forðam ic ðe bidde; ſ ðu do ſwa ic gelyfe ſ ðu wylle;
*that thou with theſe worldly thinges to them pourefſt out, as thou oftneſt mayeſt,*
ſ ðu ðe ſiſſa woruld hinga to ðam geæmtige; ſwa ðu oftoſt mæge;
*that thou that wiſdome which to thee God geueth whereſoeuer thou to them beſtow*
ſ ðu ſone ſiſdome ðe ðe God ſealde ǽſer ǽſer ðu hine beſettan
*may thou beſtow. Thinke what maner of puniſhmēts to vs then ſhall comen for this*
mæge beſette; geſenc hpilce ſitu us ða becomon for ſiſſe
F.j. woruld;

*world, when as we it neyther our selues haue loued, ne also to other*
folcum; þá þa we hit na hpæðer ne selfe ne lufedon; ne eac oðrum
*men haue left it. The names only we haue loued, that we christiane were,*
mannum ne lýfdon. Þone naman anne we lufedon; þ we cristene wæron;
*& very few the dueties. When I this all do mynde, then bethought I also how*
7 fela ðeawa þa þeawas. þa ic hit eal gemunde; þa gemunde ic eac hu
*I saw before such tyme as it all spoyled wast & burned, how the*
ic gesawe ær þam þe hit eal forhergod wære 7 forbærned; hu þa
*churches throughout all the englisshe nation stode with ornaments & bookes filled, & also with*
cirican giond eal Angelcyn stodon maðma 7 boca gefyllede; 7 eac
*a great multitude of gods seruantes, & then very little fruite of their bookes wist they,*
micel menigu godes þeowa; 7 þa fela lytle wistlice þara boca wiston;
*bicause that they of thē no thyng vnderstand might, bicause that they were not*
forþam þe hi hira nan þing ongitan ne meahton; forþam þe hi næron
*in their owne countrey language written. Euen so they sayd our elders the which*
on hira agenre þeode awritene. Swilce hi cwædon ure yldran þa þe
*these places before helde, they loued wisdome & through the same they gate*
þas stowa ær heoldon; hi lufedon wisdome 7 þurh done hi begeaton
*weale & to vs left it. Here a man may yet see their swathe, but we them*
welan 7 us læfdon. Her man mæg gyt geseon hira spæð; ac we him
*cannot after enquire, because we haue both let go aswell*
ne cunnon eftor sprycgean; forþam we habbað ægðer forlætō ge done
*welth as also wisdome, for that then we would not to the view with our mynde*
wela ge done wisdom; forþam þe we noldon to þam stowe mid ure mode
*stoupe. When I then this all mynded, then wondred I greatly at their godly*
onlutan. þa ic þa hit eall gemunde; þa wundrode ic swiðe hæra godena
*wisemen which long ago were throughout the englisshe nation, & those bookes fully all*
witena þe geo wæron giond Angelcyn; 7 þa boc be fullan ealle ge-
*learned had, that of thē then no part they would not into their own tōūtry speech*
leornodhædon; þ hira þa nanne dæl noldon on hira agenre þeode
*turne, but I then quickly again my selfe aunswered, & sayd: they weened not*
wendan; ac ic þa rona eft me sylfum andwyrde; 7 cwæð: hi ne wendon
*that euer men should so retchelesse become, & this learning so decay.*
þ ænige men sceoldon swa nearolice wurdan; 7 seo lar swa oðfeallan.
*Therfore willingly they it let alone, & would that heare the more wisdome*
Forhæfde wilnunge hi hit forleton; 7 woldon þ her be mara wisdome
*in this land would be, as we more languages they vnderstode. Thē remembred I how the*
on lande wære; þi we mi gemeodu cūdon. þa gemunde ic hu seo
*law was first in the Hebrue speach found, & after that the Greekes had lear-*
æ wær ærest awend on Ebreisc gemeode wunden; 7 eft þa Creacas geleor-
*ned it, then turned they it into their owne speech wholly, & also all other*
nodon; þa wendon hi hit on hira agenre þeode ealle; 7 eac ealle oðra
*bookes, & again the latine people as soone as after they it had learned, they tran-*
bec; 7 eft Ledenware swa rome scolden hi hit geleornodon; hi wen-
*slated it wholly through wise interpreters, into their owne language, & eke all*
don ealle þurh wise wealhstodas on heora agenre þeode; 7 eac alle
*other christen people some part therof into theyr owne tonge haue turned.*
oðra cristene þeoda sumne dæl hira on hira agenre þeode wendon.
*Therfore me thinketh better if you so thinke, that we also some bookes which*
Forþi me þingð betere gif geow swa þince; þ we eac sume bec þa
þemed

*deemed most nedefull be for all men to Vnderstand, that we thē into that*
þemeð be þýþfýrta rýn eallum mannum to pitanne; þ pe þa on þ
*language turne that we all knowe may, & bring to passe, as we very*
ȝeheode pendon þe pe ealle ȝecnapan mæȝen; ⁊ ȝeðon rpa pe rpiðe
*easily may with gods helpe, if we than quietnes haue, that all the*
eáðe maȝon miþ ȝoðer fultume; ȝif pe þa rtýlneſſe habbað; þ eall reo
*youth that now is in the englisſh nation of freeborne men, such as that wealth*
ȝeoȝuð þe nu ir on Anȝelcýnne fneora manna; þara þe þa rpeda
*haue, that they them maintayne may be to learnyng committed, that*
hæbben; þ hi þam beſreolan mæȝen rýn to leornunȝa oðfæſte; þa
*while that they none other occupation can, Vntill firſt that they will conne*
hpile þe hi nanre oðerre note nemæȝen; oð fýrſt þe hi pel cunnen
*engliſſh writing to read. Let teach men afterward further in latin ſpeech, thoſe*
enȝliſc ȝeſcrit aræðan. Læremon rið ðan fuſiðor on leden ȝeheode; þa
*that men further teach will, & to higher degree do will. When I myude*
þe man fuſiðor læra pýlle; ⁊ to hefrran hade don pýlle. þa ic ȝemunde
*how this learnyng of the latine tonge before this fallen was throughout the*
hu reo lar leden ȝeheoder ær þýrum arealleñ pær ȝeond An-
*engliſſh nation, & though many could skill the engliſſh writing to read. Then began*
ȝelcýn; ⁊ þeah maneȝa cuðon Enȝliſc ȝeſcrit aræðan. þa on ȝan
*I amongſt other diuers & manifold buſineſſes of this kingdome,*
ic ȝemonȝ oðrum miſliçum ⁊ moniȝfealdum biſȝum þiſſer kýneſlicer;
*this booke to wynde into engliſſh that is named in latin* Paſtoralis, *& in*
þa boc pendan on enȝliſc þe ir ȝenemned on leden Paſtoralir; ⁊ on
*engliſſh the* Heardmās booke, *ſomtime word by worde, ſomtime* Vnderſtāding *for* Vnderſtāding,
enȝliſc Hirde boc; hpilum porð be porde; hpilum andȝit of andȝite;
*euen as I them had learned at Plegmund myne Archbiſhop, & at Aſſero*
rpa rpa ic hi ȝeleornode æt Plegmunde minū Ærcebiscope; ⁊ æt Aſſere
*my Biſhop, & at Grimbolde my maſſe prieſt, & at Iohn my*
minō biſcope; ⁊ æt Grimbolde minū mæſſe preoſte; ⁊ æt Iohāne minū
*maſſe prieſt. After that I of thē than learned had ſo as I thē Vnderſtode*
mæſſe preoſt. Siðða ic hi þa ȝeleornod hæfde rpa rpa ic hi forſtod
*how I to them moſt Vnderſtandingly reach might, I them into engliſſh turned,*
rpa ic hi andȝitlicoſt · areccan meahte; ic hi on enȝliſc awende;
*& to eche biſhops ſea in my kingdome will one ſende, & vpon eche one*
⁊ to ælcū biſcep ſtole on minū rice þýlle ane on rendan; ⁊ on ælcre
*there is a ſtile that is of fifty markes, & I bid in gods*
bið an æſtel re bið on fiftiȝum mancerra; ⁊ ic bebeode on ȝoder na-
*name that man that ſtyle from theſe bookes take not, nor the bookes from the ſame*
man þ man þone æſtel fram þære bec ne do; ne þa boc fram þam
*mynſtre, Vnknown how long there ſo learned biſhops be. So as now*
mýnſtre; vncuð hu lange þær rra ȝelærede biſcepar rýn. Sra rra nu
*god be thanked euery where there are. Therfore I would that they alwayes at theyr*
ȝode þanc pel hpar rindon. Forþi ic polde þ hi ealne peȝ æt þære
*places were, except the biſhop them with him haue will, or els they*
ſtope þæren; buton re biſcop hi mid him habban pýlle; oððe heo
*to ſome place lende be, Vntil that ſome other be written out.*
hpær to læne rý; oððe hpa oðre bi rrite.

# ¶ Liber loquitur.

*This writyng Augustine ouer the salt sea from the South*

DIs æryndgeprit Augustinus ofer sealtne sæ suðan
*brought, to thinhabitantes of the land, euen as it before prepared had*
brohte; egbugendum spa hit ær fore adihtnode
*the Lordes seruant of Rome the Pope right vicar ruling Gregory of discrete*
drihtnes cempa Rome Papa riht spel monig Gregorius gleap
*courage without fury, through senses, wisedome, pollicy, a free horde. Bicause*
mod geond þod þurh sefan; snytro; searo; þanca hord. Forþam
*he of mankynde the most begat to heauen warde, of Romaynes the best*
he mancynnes mæst gestrinde þodera þearde Romþarena betst
*man, of courage wealthiest, of power most free. After that me into english Æl-*
manna; mod þeligost mærða gefrægost. Siððan me on englisc Æl-
*fred the king turned worde eche one, & me to his writers sent, South*
fred cyning apende þorda gehþilc; ⁊ me his þriterum sende; Suð
*& North. To that ende he cōmaunded them such lyke me to bryng after theyr*
⁊ Norð. Forþam he het him spilcra ma brengan be þære
*copy that he to his bishops send them might, because they*
bysyne þ̄ he his biscopum sendan meahte; forþam hi
*to certain of his bishops were nedefull, which the latin speech*
his sume be þorftan þa þe leden spræce
*lest vnderstood.*
læste cuðon.

Hæc eſt Præfatio (oſtendens) quemadmodum
*Sanctus Gregorius hunc librum fecit, quem homines*
Paſtorale nuncupant.

Elfredus Rex optat ſalutem Wulfſigeo epiſcopo digniſsimo beneuolè et amãter. Et te ſcire volo quod mihi ſæpenumero in mentem venit, quales ſapiẽtes diu abhinc extiterunt in Anglica gente, tam de ſpirituali gradu, quàm de temporali, quãq́; fœlicia tùm tempora fuerunt inter omnes Angliæ populos, quemadmodũq́; reges qui tunc gubernationem habebant plebis, Deo & eius voluntati ſcriptæ obſecundarint, vtq́; in ſua pace, & bellicis ſuis expeditionibus, atque regimine domeſtico, domi ſe ſemper tutati fuerint, atque etiam foris nobilitatem ſuam dilatauerint, quomodoq́; tunc temporis tam ſapiẽtia quã prudentia floruerint. Præterea de gradu ſpirituali homines, quã diligentes fuerint tam docendo, quã diſcẽdo, omnibuſq́; officijs (exequendis) quæ deo præſtare debebãt. Inſuper quemadmodum extranei ſapientiã & doctrinam hîc in hac noſtra terra quondã quæſierint: noſq́; iam (verſa vice) peregrinari oportet ad eam adipiſcendam, adeo funditus concidit apud gentem Anglicanam, vt paũciſsimi fuerint cis Humbrum qui vel preces ſuas cõmunes, in ſermone Anglico intelligere potuerant, vel ſcriptum aliquod è Latino in Anglicum tranſferre. Tam ſanè pauci fuerunt, vt ne vnum quidem recordari poſsim ex auſtrali parte Thameſis, tum cum ego regnare occæperam. Gratiæ Deo omnipotenti ſint quod nunc tandem aliqui in ſede ſint qui docere queunt. Quamobrem te iubeo vt facias (quemadmodũ

te facturum credo) nimirum vt tu qui mundana hæc illis profundis quàm potes sępe, eam sapientiam quam tibi deus largitus est, illis vbicunq; poteris vicissim impertias. Cogita quales pœnæ super nos tandem venturæ sunt propter hunc mundum, cùm neq; nosmetipsi sapientiam adamauerimus, neq; eam alijs reliquerimus. Nomina tantùm diligimus, quia Christiani nuncupamur, pauciſsimi verò officijs christianorum defungimur. Hęc omnia quoties in memoriam reuoco, subit etiam cogitatio, quemadmodum cuncta hic in Anglia viderim, priusquam deleta fuissent omnia & incensa, vtpote templa per omnem Anglicanam gentem steterint ornamentis, & libris instructa, magnaquè insuper multitudine seruorum Dei repleta. Quamuis certè fructum perexiguum ex libris suis perceperint, quandoquidem intelligere illos nequibant, eo quòd patrio sermone neutiquam conscriberentur. Qui quidem hac oratione vsi sunt. Maiores nostri qui hæc quondam loca obtinuerunt, sapientiam adamauerunt, & per illam opes sibi conflarũt, nobisq; reliquerunt. Quorum sapientiæ impressam nos veluti orbitã vidimus, sed eam adipisci non potuimus. Nam et opes et sapientiam planè perdidimus, quoniam ingenij neruos omnes ad eius contemplationem contendere noluimus. Cum igitur hæc omnia cogitatione complecterer, magnopere admirabar præclaros illos sapientes qui diu abhinc per vniuersam gentem Anglicanam floruerunt, atq; illos libros penitus omnes perdidiscerãt, quamobrem noluerunt horum partem aliquam in patrium sermonẽ transferre. Veruntamen protinus mihimetipsi respondebam, viz. quòd maiores illi nostri neutiquam opinati sunt, homines vnquam adeo socordes futuros, aut rem litera-

ria

tiam in tantum vnquam prolapsuram: ideoq; cõsul-
rò id omisisse, existimantes eò vberiorem hac in terra
sapientiam futuram, quò plures a nostris linguæ per-
noscerentur. Tum verò venit mihi in mentem legem
Dei primùm in Hæbreo sermone fuisse inuentã, atq;
postea Græcos cum eandem didicissent, eam vniuer-
sam, & alios insuper omnes libros in suam linguã ver-
tisse, nec non latinos etiam, quam primum ipsi eam in-
telligentia comprehẽdissent, per prudentes interpre-
tes suo sermone eandem expressisse: eodemq; modo
omnem vndiq; christianam plebem partem eius ali-
quam in linguam domesticã transtulisse. Quapropter
optimum censeo, (si tu quoq; sic existimas) vt nos li-
bros aliquos quos maximè necessarios arbitrabimur,
qui ab omnibus intelligantur, eosdem in linguã quam
omnes intelligunt conuertamus: efficiamusq; (quòd
certè ope diuina perfacilè poterimus si pace perfrua-
mur) vt omnis iuuentus quæ nunc est gentis Angli-
cæ (eorum præsertim hominum qui liberi nati sunt,
opesq; habent quibus eos ad id alere possunt) literis
addiscendis addicatur: vtq; prius artem nullam imbi-
bant, quàm Anglica poterint scripta perlegere. Postea
autem homines in latinis literis eos instituãt quos vo-
lunt ampliùs erudire, atq; ad altiorem gradum proue-
here. Cum itaq; mecum cõsiderabam, quomodo ist-
hæc doctrina sermonis latini, per omnẽ gentem An-
glicanam antehàc obsoleuisset, (quamuis plurimi po-
tuissent Anglica scripta legere) tùm inter alia varia ac
multiplicia negotia huius regni, cœpi librũ hunc ver-
tere in sermonem Anglicanum: (qui latinè Pastora-
lis nuncupatur, Anglicè verò *the Heardmans booke*)
aliquando verbum de verbo exprimens, interdum
autem sensum ex sensu, sicuti egomet ea didiceram a

Pleimundo Archiep. meo, & Asſero antiſtite meo, necnõ Grimbaldo, & Iohãne mihi a ſacris. A quibus poſteaquam librum ita didiciſſem, vt penitus percipe-rem quemadmodum facillimè ad eius intelligentiam peruenire poſſem, in Anglicum ſermonem eum con-uerti, & ad vnamquãq; epiſcopi ſedem in regno vnũ miſi, ſuperq; ſingulos libros ſtilum, qui eſt, quinqua-ginta mancuſſę. Et ego præcipio in Dei nomine ne quis de libris hunc ſtilum tollat, neq; librum de tem-plo, incertum cum ſit, quàm diu futuri ſunt tales eru-diti Præſules, quales nunc (honos Deo) vbiq; ſint. Quapropter volo vtî libri ſuis ſemper in locis rema-neant, niſi illos Pontifex habere voluerit, aut commo-datos alicui dederit, donec alij ex illis deſcribantur.

*Caius de antiquit. Cantebr. pag. 208.*

*Liber loquitur.*

HOc ſcriptum Auguſtinus trans ſalſum mare ab Auſtro ad incolas huius regni pertulit: ſicut illud antea præparauerat ſeruus domini Papa Romanus, rectus vicarius gubernans, Gregorius: cõſideratæ vir fortitudinis abſq; furore, ſummo ſenſu, ſapientia, con-ſilio prędituſ, immenſus theſaurus, quoniã is generis humani partem maximã cœlo lucrifecit: Romanorũ vir optimus, mẽtis magnitudine abũdantiſſimus, ma-ieſtate liberrimus. Poſtquã me in Anglicũ ſermonem Ælfredus rex cõuertiſſet ad verbũ, me per Auſtrum & Aquilonem ſuis ſcriptoribus delegauit, mandãs il-lis vtî ſecundùm exemplar plures tales deſcriberent, eum nimirũ in finem, quo epiſcopis ſuis illos mittere poſſet. Quandoquidem quibuſdam ex ſuis Antiſtiti-bus perneceſſarij eſſent futuri, qui linguam Latinam minùs intelligerent.

FINIS.